



TEXTOS EM LATIM PARA INICIANTEs

Edição do Projeto Media Latina

Cornelius Malpas Dix



**TEXTOS EM LATIM PARA
INICIANTEs**
(Edição do Projeto Media Latina)

Cornelius Malpas Dix

**TEXTOS EM LATIM PARA
INICIANTES**
(Edição do Projeto Media Latina)

Sumário

PARTE 1.....	12
1. Nominativo e genitivo.....	13
2. Acusativo.....	13
3. Dativo (Sing. and Plur.)	14
4. Ablativo (Sing, and Plur.)	14
5. Roma et Athēnae	15
6. dominus.....	16
7. bellum; sum	17
8. liber, puer, vir	18
9. sum, eram, erō	18
10. Deus	19
11. dūrus.....	20
12. fuī.....	20
13. pulcher, liber	21
14. fuī, fueram, fuerō.....	22
15. fuī, fueram, fuerō.....	23
16. es; absum, adsum; dēsum	24
17. eram.....	24
18. O fazendeiro e o marinheiro – parte 1.....	25
19. O fazendeiro e o marinheiro – parte 2.....	26
20. O fazendeiro e o marinheiro – parte 3.....	27
21. O fazendeiro e o marinheiro – parte 4.....	28
21. O fazendeiro e o marinheiro – parte 5.....	28

23. O fazendeiro e o marinheiro - final	29
24. laudō, laudābam, laudābō; lauda; laudare	30
25. Diálogo.....	31
26. vox.....	32
27. dolor, mōs.....	32
28. leō, homō, vīrgō.....	33
29. nomen, genus.....	34
30. laudavī, laudaveram, laudāverō; laudāvisse.....	35
31. urbs.....	36
32. cīvis, nūbēs.....	37
33. laudor, laudābar, laudābor; laudare; laudāri.....	38
34. laudātus sum.....	39
35. ovile, animal, mare.....	40
36. tristīs.....	41
37. ācer, prūdens.....	41
38. moneō, monēbam, monēbō; mone; monēre.....	42
39. monuī, monueram, monuerō; monuisse.....	43
40. gradus, cornu.....	44
41. faciēs, rēspública.....	45
42. dēlēvī, dēlēveram, dēlēverō.....	46
43. moneor, monēbar, monēbor; monēre; monēri.....	47
44. monitus sum, (eram, erō; esse) dēlētus sum (eram, ero; esse).....	48
45. Grau comparativo dos adjetivos.....	49
46. Peculiaridades do grau comparativo	50
47. Comparação dos advérbios.....	51

48. egō, tū	52
49. is, ea, id; sē	53
50. hīc, ille, iste	53
51. is, idem, alius.....	54
52. ipse, ūnus, sōlus	55
53. regō, regēbam, regam; rege; regere.....	56
54. rexī, rexeram, rexerō; rexisse lēgī, lēgeram, lēgerō; lēgisse metuī, metueram, metuerō; metuisse	57
55. claudō, claudere, clausī, clausum verte, vertere, vertī, versum	58
56. credō, crēdere, crēdidī, crēditum cadō, cadere, cecidī, cāsum caedō, caedere, cecidī, caesum.....	59
57. Numerais cardinais.....	59
58. Numerais ordinais	60
59. quis? quid? quī, quae, quod?	61
60. quī, quae, quod	62
61. quī, quae, quod,.....	63
62. regor, regēbar, regar; regere; regī.....	64
63. rectus sum, (eram, erō; esse).....	65
64. audiō, audiēbam, audiam; audī; audire	66
65. audivī, audiveram, audiverō; audivisse.	66
66. audior, audiēbar, audiar; audire; audiri.....	67
67.a. auditus sum, (eram, erō; esse).	68
67.b. O asno na pele de leão.....	69
68. capiō	69
69. capior	70

70. hortor; vereor.....	71
71. labor; blandior.....	72
72.a. Verbos depoentes.....	73
72.b. A partilha do leão.....	73
73.a. Verbos depoentes.....	74
73.b. O lobo e a cabra.....	75
74. Tempos do subjuntivo.....	75
75. a. Tempos do subjuntivo: voz passiva.....	76
75. b. Uma resposta espirituosa.....	76
76. Tempos do subjuntivo.....	77
77. Ut e cum.....	78
78. Ut e cum.....	79
79. Tempos do subjuntivo.....	80
80. Gerúndio e gerundivo.....	80
81. Supino.....	81
82. Particípios.....	82
83.a. Dois caranguejos.....	84
83.b. O rouxinol e o pintassilgo.....	84
84.a. Dionísio, o tirano.....	84
84.b. Da frigideira para o fogo.....	85
85. O cavalo mal-humorado.....	85
PARTE 2.....	87
1. Campânia.....	88
2. O camelo.....	88
3. O elefante.....	89
4. Netuno e Mercúrio.....	89

5. Diana e Minerva	90
6. A Bretanha	90
7. Uma aula de geografia	91
8. Os templos gregos.....	92
9. Os germanos	93
10. O orgulho de Alexandre.....	93
11. Os avisos de Cassandra	94
12. Os sacrifícios romanos	94
13. Níobe	95
14. Os pássaros escolhem um rei.....	96
15. Coberto com plumas emprestadas.....	96
16. O deus dos ventos	97
17. A guerra de Troia	98
18. Um dito de Diógenes	99
19. Um dito de Sólon	99
20. O cavalo de madeira.....	100
21. O rei Ágis	101
22. O sino no gato.....	101
23. Heróis da guerra de Troia	102
24. A raposa e o corvo.....	103
25. A coragem espartana.....	104
26. O gafanhoto e as formigas.....	104
27. O rouxinol e o cuco.....	105
28. A raposa maluca e a galinha suspeita.....	106
29. Júpiter e Europa.....	106
30. Hércules e as serpentes.....	106

31. Um irmão de verdade	107
32. Sorte para os ladrões	107
33. Os gregos antes de Troia.....	108
34. Três guerras púnicas.....	108
35. O homem mais rico do mundo.....	109
36. O herdeiro legítimo.....	109
37. A esperança brota eternamente do peito humano.	110
38. O melhor país para se viver	110
39. A expedição de Dário	110
40. A expedição de Xerxes	111
41. Sólon e Creso	113
42. Creso e Ciro em guerra – parte 1.....	115
43. Creso e Ciro em guerra – parte 2.....	116
44. Creso e Ciro em guerra – parte 3.....	117
45. Derrota e captura de Creso.....	118
46. Creso prisioneiro	120
47. Ciro poupa a vida de Creso.....	121
48. Creso dá conselho a Ciro.....	122
49. Creso chama o oráculo de mentiroso	123
50. A explicação do oráculo	125

Os textos latinos a seguir foram retirados de DIX, C. M. *A first latin reader and writer*. London: Sonnenschein, 1901. Os títulos foram traduzidos para o português.

Esta edição foi produzida pelo **Projeto Media Latina** e divulgada na primavera de 2022.

Visite a página do Projeto em:

<http://medialatina.lettras.ufrj.br>

Caso queira entrar em contato, o endereço é:

projetomedialatina@gmail.com

PARTE 1

1. Nominativo e genitivo

1. Britannia est insula. 2. Britannia est insula Eurōpae. 3. Britannia et Hibernia sunt insulae Eurōpae. 4. Britannia est patria nautārum. 5. Insulae sunt saepe patria nautārum. 6. Incolae insulārum sunt saepe nautae. 7. Graecia est patria poetārum. 8. Hibernia est patria agricolārum. 9. Sicilia et Sardinia sunt insulae Eurōpae. 10. Sicilia et Creta et Sardinia sunt insulae Eurōpae. 11. Ira est saepe causa pugnārum. 12. Pugnae nautārum sunt causa irae. 13. Agricolārum ira est causa pugnārum.

2. Acusativo

1. Gloria victōriārum Britanniam ornat. 2. Corōna comam puellae ornat. 3. Rosae puellās ornant. 4. Poētārum glōria Graeciam dat. 5. Italiam et Graeciam et Britanniam gloria poētārum ornat. 6. Hibernia habet agrīcolās. 7. Agrīcolās habet Germania. 8. Agrīcolās habent Germania et Italia. 9. Puellae rosās

habent. 10. Puella corōnam habet. 11. Italia et Graecia habent poētās. 12. Poetās habent Italia et Graecia et Britannia. 13. Fāma audāciae nautās Britanniae ornāt. 14. Modestia puellās Hiberniae ornat.

3. Dativo (Sing. and Plur.)

1. Agricola rosās filiae dat. 2. Puella aquam agricolīs dat. 3. Ancillae corōnam rēgīnae dant. 4. Puella rosās dominae dat. 5. Domina pecūniam ancillīs saepe dat. 6. Puellae corōnam dominae dant. 7. Audacia nautārum glōriam Britanniae parat. 8. Industria agricolīs Britanniae est causa glōriae. 9. Fāma poētārum incolīs Graeciae est causa glōriae. 10. Domina rosās et gemmās puellae dat. 11. Filiae rēgīnae gemmās puellīs dant. 12. Nauta et agricola rosās puellīs saepe dant. 13. Filia agricolae aquam nautae dat.

4. Ablativo (Sing. and Plur.)

1. Sunt in Hiberniā agricolae. 2. Sunt in

Britanniā nautae. 3. Erant in Graeciā poētae. 4. In ōrā Germāniae et Italiae nautae sunt. 5. Ancillae rēgīnam rosīs ornant. 6. Ancilla dominam corōnā ornāt. 7. Rēgīna poētās corōnīs ornāt. 8. Domina ancillās gemmīs saepe ornāt. 9. Ancillae dominās corōnīs saepe ornant. 10. Puella agricolam modestiā dēlectat. 11. Nautae Britanniae patriam famā audāciae ornant. 12. Puellae patriam modestiā ornant. 13. Nautae patriam audaciā ornant, agricolae industriā. 14. In ōrā Asiae colōniae erant. 15. Incolae viās statuīs et corōnīs ornant. 16. Fīliae agricolārum āram rosīs ornant.

5. Roma et Athēnae

1. Rōma in Italia est. 2. Rōmae viās statuae ornant. 3. In viīs Rōmae erant ārae et statuae deārum. 4. Fama ārārum et statuārum est Rōmae causa glōriae. 5. Ecce! filiae incolārum Rōmae ārās deārum corōnīs ornant. 6. Athēnae sunt in Graeciā. 7. In viīs Athēnārum erant ārae et statuae deārum 8. Athēnās

statuae et columnae etiam nunc ornant 9. Athēnārum incolīs industria erat causa divitiārum. 10. Athēnae sunt patria poētārum. 11. Athēnae erant schola litterārum et doctrīnae. 12. Inimicitiae Persarum erant incolīs Athēnārum causa pugnārum et victōriārum. 13. Erat in cōpiīs Persārum discordia, concordia in cōpiīs Athēnārum.

6. dominus

1. Dominus servum habet. 2. Industria servī dominum dēlectat. 3. Dominus igitur cibum et pecūniam servō dat. 4. Serve, modestia et industria dominum dēlectant. 5. Serve, agricolae dā cibum. 6. Servī, ubī est dominus? Dominus est in hortō. 7. Vergilius et Horātius poētae erant Rōmānōrum. 8. Fāma poētārum Rōmānīs est causa glōriae. 9. Rōmānī erant dominī ītalīae. 10. In numerō servōrum Graecōrum erant barbari; servōrum Rōmānōrum in numerō erant Graecī et Gallī et Germānī. 11. Fāma

doctrinae et litterarum est Germanis causa gloriae. 12.
Dominus industriam servorum laudat.

7. bellum; sum

1. Ubi es, Carole? Ubi est Henricus? Ubi estis, amici? 2. Cum Frederico sum in horto. 3. Saepe sumus in hortis et campis. 4. Ludis Carolum et Henricum delectant. 5. Fredericus et Augustus in campo sunt. 6. Bellum est malum, nam agricolis et incolis oppidorum mala parat. 7. Agricolaes bellum non amant. 8. Inimicitiae populorum sunt causa bellorum. 9. Muri et valla et fossa sunt in bello munimenta oppidorum. 10. O bella, saepe estis causa malorum. 11. Hodie amici sumus Germanorum et Gallorum. 12. Carole, nonne es amicus Henrici? 13. Amicus sum Henrici et Frederici. 14. Bella non semper mala sunt. 15. Ubi sunt templa? In oppido templa sunt.

8. liber, puer, vir

1. Egō discipulus sum; tū es magister. 2. Nōs discipulī sumus; vōs estīs magistrī. 3. Puer, ubī sunt librī liberōrum? 4. Librī sunt in mensa sed liberī sunt in hortō. 5. Liberī magistrī sunt in agrīs agricolae. 6. Ubī sunt generī agricolae? 7. Generī et ministrī agricolae in agrō sunt. 8. Sub vesperum liberī agricolārum in agrīs saltant. 9. Saltant etiam ministrī agricolae. 10. Sub vesperum puerī et puellae in hortō dēambulant. 11. In scholā magistrīdiscipulīs saepe sunt sociīlūdōrum. 12. Puerōrum et puellārum industria et modestia magistrōs dēlectant. 13. Fābulae nōn solum puerīs sed etiam virīs sunt causa laetitiae.

9. sum, eram, erō

1. Nunc puerī sumus, postea virī erimus. 2. Henrice, nunc vir es, olim erās puer. 3. Filiī, olim puerī erātis, mox erī tīs virī. 4. Nunc puerī sunt discipulī, mox magistrī erunt. 5. Lūdī puerōrum magistrō semper

erunt causa laetitiae. 6. Magistrī, sociī ludōrum liberīs erātis et eritis. 7. Ō puer, mox vir eris. 8. Librī puerōrum et puellārum etiam virōs saepe dēlectant. 9. Ministrī agricolae liberōs sed nōn librōs amant. 10. Virī sumus sed puerīs sociī lūdōrum saepe erimus. 11. Discipulī estis et erātis, mox eritis magistri.

10. Deus

1. Amicī sunt donum Deī. 2. Deus est dominus caelī et terrae. 3. Incolīs terrae Deus beneficia praebet. 4. Mundus est templum Deī. 5. Liberī sunt dōnum Deī. 6. Tempa erant aedificia deōrum. 7. Neptūnus et Mercurius deī erant Rōmānōrum. 8. Est Deus, sed nōn sunt deī. 9. Erant Graecīs et Romanīs dī et deae. 10. Animus est dōnum Deī. 11. Erant in templīs deōrum ārae et statuae et columnae. 12. Deus, dominus es caelī et terrae. 13. Graecī et Romanī ārās, statuas, templa dīs dēdicābant.

11. dūrus

1. Terra est rotunda. 2. Mundus est immensus. 3. Elephantus est magnus et validus. 4. Metalla sunt dura. 5. Vērae amicitiae sunt sempiternae. 6. Verī amici sunt rarī. 7. Romanī erant dominī magnōrum regnōrum. 8. Proelia inter Romanōs et Poenōs cruenta erant. 9. Persae sagittariī erant bonī. 10. Graecī nautae strēnuī erant. 11. Aegyptiī agricolae sēdulī erant. 12. Diāna et Minerva deae clārae erant. 13. Terra et lūna in numerō stellārum fixārum nōn sunt. 14. Fābulae poētārum Graecīs erant iūcundae. 15. Memoria virōrum iustōrum honesta erit.

12. fuī

1. Ō Helena, cansa multōrum malōrum Trōiānīs fuistī. 2. Vīna Graecōrum praeclāra erant. 3. Ō sociī, saepe in malīs fuimus sed mox fortūnātī erimus. 4. Strenuī fuistis, ō nautae Angliae. 5. In scholā, puerī, sēdulī et attentī fuistīs: posthāc doctī eritis. 6. Olim

nōn sēdulī erāmus, nunc autem attentī et sēdulī sumus. 7. Fuistī in Italia? Nōn in Italia fuī sed in nonnullis oppidīs Helvētiaē. 8. Fuistīs in Graeciā? Nōn in Graeciā fuimus; in Germania Carolus et Henricus fuērunt. 11. Superbī fuistis, Romānī, et multārum terrārum cupidī. 12. Fuit Īlium, fuistī Priame, fuistīs Trōiānī!

13. pulcher, liber

1. Paucī cūrīs liberī sunt. 2. Nonnullī cūrīs nunquam liberī fuērunt. 3. In fuga exitium miserum est, in victoria glōriōsum. 4. Ōlim in patria nostra ursī erant. 5. Miserī fuimus, mox erimus beatī. 6. Vita virōrum liberōrum nōn semper libera cūrīs est. 7. Via aspera glōriaē virīs liberīs est iūcunda. 8. Virī liberī viam asperam glōriaē amant. 9. Liberos pigros librī pulclirī nōn dēlectant. 10. Exempla mala discipulōrum pigrōrum nonnullis puerīs noxia fuērunt. 11. Vita nostra hūmāna nōn sempiterna erit. 12. Miserī nōn

erimus, nam paneīs contentī semper fuimus. 13. Nunc es et semper fuistī amicus miserīs, amīce.

14. fuī, fueram, fuerō

Carolus. Ubi hodiē fuistī, Frederīce? Ubi fuit avus tuus? Frederīcus. In oppidō fuī cum avō meō. C. Fuistisne in forō oppidī? F. Fuimus in forō. G. Erantne multī virī in forō? F. Multī virī, pulchrīs armīs ornatī, in forō erant. Spectāculum erat pulchrum. C. Fuerās-ne iam anteā in oppidō? F. Fueram in oppidō cum amicō nostrō. Sed tū cūr hodiē in oppidō nōn fuistī? C. Magister meus irātus erat; nam in scholā nōn attentus fueram. F. Sī attentus fueris, nulla erit causa irae magistrō nostrō. Sī magistrī industriā tuā contentī fuerint, magna erunt praemia tua.

2. Catilina, vir nefārie, patriae nostrae perniciōsus semper fuerās. 3. Virī improbī, semper fuerātis improbōrum amicī. 4. Sī boni fueritis, beatī eritis.

15. fuī, fueram, fuerō

1. Agricolae sēdulī saepe sunt beatī. 2. Agricolae pigrī nunquam erunt prosperī. 3. Nautae nostrī plērumque sunt impavidī. 4. Incolae Britanniae ōlim ferī et bellicosī erant. 5. Homērus clārus erat poeta Graecōrum, Vergilius et Horātius clārī erant poētae Rōmānōrum. 6. Etiam nunc in scholīs nostrīs fābulae pulchrae poētārum Graecōrum puerōs et puellās dēlectant. 7. Sī ministrī sēdulī fuerint, agricolae contentī erunt. 8. Nautae nostrī ventōrum et undārum peritī sunt. 9. Multī nautae in insula nostrā semper fuērunt. 10. Corinthus erat clārum oppidum Graeciae; etiam nunc multī nautae incolīs Corinthī dīvitiās apportant. 11. Primī incolae Rōmae ferī et barbarī erant. 12. Industria ministrī gaudium agricolae sēdulō parat.

16. es; absum, adsum; dēsum

1. Es sēdulus, ō puer! 2. Este attentī et sēdulī, discipulī, et postea doctī eritis. 3. Es amīcus miserō, amice! 4. Este cautī, sociī, nam callidae sunt inimīcōrum insidiae. 5. Puellae, este modestae, nam modestia puellis magnum est ornāmentum. 6. Patria incolīs cara estō. 7. Nautae ventōrum et undārum peritī suntō. 8. Sēdulī suntō agricolae nostrī. 9. Stellae longē absunt ā terrā. 10. Amīcus amīcō in periculīs nōn deerit. 11. Impavidī este, nautae, nam ubīque adest Deus, neque virīs probīs et piīs unquam deest. 12. Nōs unō tantum locō sumus, Deus nusquam abest. 13. Virī probī et bonī amicīs nunquam dēfuērunt.

17. eram

1. Viās ornant pōpulī prōcērae. 2. Corinthus, oppidum Graeciae, clara erat. 3. Aegyptus, terra Africae, fecunda erat, et Rōmānīs multum frūmentum

dabat. 4. In nostris silvis multae sunt altae fagi. 5. Cerasi non semper notae fuerunt populis Europae. 6. Platanus sunt opae. 7. Piri altae et mali ramosae et cerasi iucundae multos hortos Britanniae ornant. 8. Cyprus, insula Europae, nunc Britannis est subiecta. 9. Ripae multorum rivorum ramis fagorum altarum opae sunt. 10. Panormus in insula Sicilia sita erat et Poenis subiecta erat. 11. Aegyptus aqua Nilis, fluvii magni et alti, fecunda est. 12, Tyrus nova, oppidum clarum, in parva insula sita erat.

18. O fazendeiro e o marinheiro – parte 1

Marcus erat agricola sedulus et probus. Erant Marcus duo liberi, Gaius et Iulia. Iuliae erant pulchrae genae et nigri capilli. Oculi quoque puellae nigri erant. Magna erat parsimonia, et industria, et modestia Iuliae. Parsimonia et industria puellae bonum agricolam valde delectant. Sed magis delectat Marcum modestia filiae, nam puellis magnum est ornamentum

modestia. Saepe exclāmat Marcus līberīs suīs: “Este laboriōsī et doctī: estōte modestī: nam sī bonī fueritis, Deō carī eritis.” Puellae pulchrae nōn sunt semper bonae. Puellae bonae haudquāquam semper sunt pulchrae. Iūlia autem et bona et pulchra erat. Itaque filia bonī agricolae nōn solum Marcō sed etiam ūniversīs vicī incolīs causa erat laetitiae.

19. O fazendeiro e o marinheiro – parte 2

Gaius erat filius agricolae. Nōn solum labōriōsus erat, sed etiam doctus. Haudquāquam poētārum Rōmānōrum et Graecōrum imperītus erat. Vergilius, Horātius, Ovidius puerum valdē dēlectant, sed magnus Homērus puerum magīs dēlectāt. Fabulās poētārum Graecōrum Iūliae narrat, nam linguae Graecae puella nōn perita est. Itaque librī agricolae liberīs valdē sunt iūcundī. Nihilōminus Gāius est labōriōsus agricola. Paucī agricolae sunt docti; paucī sunt peritī et poetārum et agricultūrae. Bonī poētae baud rarō sunt

malī agricolae. Gāius autem et doctus poēta et sēdulus agricola erat. Itaque Marcō causa gaudiī erant liberī, librī liberīs.

20. O fazendeiro e o marinheiro – parte 3

Augustus est nauta strēnuus. Augustus est fīdus amīcus Marcī agricolae. Agrippa est ūnicus nautae filius. Magna puerī diligentia Augustum dēlectāt. Itaque nauta exclāmat: “Filī, diligentia tua mē valdē dēlectat. Ecce praemium diligentiae tuae et industriae! Fēriae tibī erunt. Marcus, ūnus ex amicīs meīs, nos ad sē vīsendum invitāt. Omnīnō imperītus es vītae rusticae. Vita rustica tē dēlectābit.” Postrīdiē ad agricolam vīsendum nauta et fīlius iter faciunt. Magnum est gaudium amīcōrum, nam amīcītia nautae et agricolae est firma. Intereā Gāius et Iulia Agrippae multa monstrant. Hortum, porcos, equōs, catulōs puerō monstrant.

21. O fazendeiro e o marinheiro – parte 4

Postrīdiē Agrippa cum Marcī filiō ambulat. Gāius Agrippae monstrat altās pirōs, mālōs rāmōsās, cerasōs iucundās. Pōma dat amicō. Postea in magnam silvam veniunt. Sunt in silva pīnī prōcērae, fāgī altae, tiliae opācae; sunt etiam ferae in silva, nam silva est domicilium cervōrum et aprōrum. Est in silvā rīvus. Rīpae rīvī sunt amoenae umbrā pīnōrum altārum et platanōrum opācārum. Tum puerī sub umbrā fagī altae sedent. Deinde Agrippa amicum suum interrogaī: “Feraene sunt in silva?” Tum Gāius: “Olim silva erat domicilium ursōrum et lupōrum et aprōrum; etiam hodiē silva plena est aprōrum.” Subitō magnum et ferum aprum vident. Tum Gāius magnō gaudiō exclāmat: “Ecce aper!” Haudquāquam gaudet Agrippa; timet, sed nihil respondet.

21. O fazendeiro e o marinheiro – parte 5

Mox tamen Gāius aprum sagittīs acūtīs vulnerat,

nam sagitārius est perītus. Sed aper nondum est mortuus: in Gāium irruit et iam iam bellicōsum poētam lacerat, sed sine morā Agrippa gladiō bēluam necat, nam nautae filiō audācia nunquam dēfuit. Tum puerī tam glōriōsā viclōriā gaudent. Posteā Marcus et Augustus cum Iūliā ad locum forte veniunt. Vident aprum mortuum; mox puerōs vident, audiunt dē proeliō et audāciam puerōrum laudant.

23. O fazendeiro e o marinheiro - final

Postrīdiē puerī ad agrōs ambulant. Agricola cum ministrīs arat. Gāius quoque arat; sed Agrippa stupet, est enim omninō imperītus agricultūrae. Mox tarnen exclāmat: Mehercule! Intellegō. Arātrum est nāvīs terrae.” Haud multō postea migrāt Gāius cum Agrippa et Augustō ad oppidum maritimum. Gains vītae maritimae omnīnō est imperītus. Dē violentiā undārum pelagī multa in librīs poētārum lēgit, sed undās pelagī nunquam vīdit. Tandem ad altōs scopulōs

veniunt et pelagus vident. Turn Agrippa exclāmat, “Ecce nāvis!” Gāius novum monstrum diū aspicit, tandem “Papae!”, inquit, “nāvis est arātrum pelagī.”

24. laudō, laudābam, laudābō; lauda; laudare

1. Virī strēnuī, magnā patientiā tolerātīs molestiās vitae. 2. Etiam dūra saxa aqua cavat. 3. Industriā et diligentīā multa pericula vitāmus. 4. Patruus puerīs exclāmābat: “Industriā et diligentīā multa pericula vitābitis.” 5. Amplificāmus patriam nostram nōn solum armīs sed etiam industriā. 6. Horātī, vitam urbānam saepe vituperābās. 7. Vita rustica Rōmānōs antiquōs dēlectābat. 8. Vir strēnue, ex magnīs periculīs patriam liberābis. 9. Prudentiā pericula multa vitābātis. 10. Rōmānī, cum multīs populīs dē impēriō certābātis. 11. Germānī antiquī deīs captivōs immolābant. 12. Graecī Rōmānōs doctrinā superant. 13. Sociī, armīs patriam nostram ex periculō liberābimus. 14. Filiī, aequō animō toleiāte molestiās

vitae. 15. Iūcundum et decorum est patriam amplificare et prō patriā pugnāre.

25. Diálogo

Carolus. Multī laudant vītam nautārum. Avus tuus laudat vītam rusticam. Tū quoque vītam rusticam laudās. Cūr laudātis? Frederīcus. Laudāmus silvārum umbram, agros et hortos vīcōrum, aquam pūram rīvorum. C. Nūper laudabās oppidum et commoda vītae urbānae. Cūr sententiam tuam mutās? F. Laudābam oppidum et etiam nunc laudō. Sententiam meam nōn mutō. Multa sunt commoda vītae urbānae, sed vīta agricolārum agricolam futūrum dēlectāt. Semper egō laudābō vītam rusticam, tū laudābīs vītam urbānam. C. Ambulābimus per viās amplās, spectābimus aedificia pulchra, dēlectābunt oculōs nostrōs statuae ēgregiae.

26. vox

1. Virtūte magnī eritis et opulentī, ō sociī. 2. Probitās grata est Deō. 3. Varia sunt virōrum iūdicia, variae voluntātēs. 4. In magnā cīvitāte multa et varia ingenia sunt. 5. L̄ycurgus l̄gēs suās auctōritāte deī Delphicī confirmābat. 6. Iudex l̄gum custos estō. 7. Virī bonī aequitātem amant. 8. Initium salūtis est nōtitia peccātī. 9. Integritās vītae laudem parat. 10. Tarquinius Priscus et Tarquinius Superbus r̄gēs Rōmānōrum fuērunt. 11. Tanaquil Tarquiniī Priscī r̄gīs coniunx erat. 12. Equitēs Ariovistī, r̄gīs Germānōrum, populos Galliae ōlim vexābant. 13. Ariovistō, ducī Germānōrum, Caesar bellum dēnuntiābat. 14. Nautae pācem amant, mīlitēs bellum.

27. dolor, mōs

1. Errare hūmānum, sed in errore perseverāre stultum est. 2. Flōrum odōrēs et colōrēs variī sunt. 3. Magna est laus mīlitibus patriam liberāre. 4. Hecuba

erat uxor sēdula et fida Priamī. 5. Hectoris mater erat Hecuba. 6. Hector erat virōrum et liberōrum et mulierum Trōiae impavidus defensor. 7. Mōrum integritās firmum fundamentum civitatīs Rōmānae erat. 8. Nullus flōs est sine colōre, multī florēs sunt sine odore. 9. Odor flōrum pulchrōrum iūcundus est. 10. Multī sunt ōrātōrēs clārī Graecōrum et Rōmānōrum. 11. Honor est praemium labōrum ēgregiōrum.

28. Ieō, homō, virgō

1. Dēlectant hominēs ludī. 2. Cicerōnem populus Rōmānus patrem patriae nōminābat. 3. Magnōs hominēs virtūs nōbilitat, nōn fortūna. 4. Imaginēs vestrae, filiī, filiīs vestrīs cārae erunt. 5. Philosophiam Cicerō appellābat vitae ducem, inventricem lēgum, magistrā mōrum. 6. Mala conscientia etiam in solitūdine anxia atque sollicita est. 7. Nullam virtūs mercēdem labōrum et periculōrum dēsīderat. 8. Līberae

sunt nostrae cōgitātiōnēs. 9. Nulla est excūsātiō peccatī amicī causā peccāre. 10. Calamitās virtū tīs occāsio est. 11. Salūs hominum in Deī est tūtēlā. 12. Amor hominēs conciliāt. 13. Aqua gelida hominēs aegrōs saepe levat. 14. Verēcundiam virtūtum custōdem rectē appellābās. 15. Leōnem rēgem ferārum appellāmus. 16. Leōnēs hominibus infestī sunt.

29. nomen, genus

1. Nōta sunt carmina pulchra Homēri. 2. Dē certāminibus Graecōrum et Trōiānōrum in Homēri carminibus sermō est. 3. Multī hominēs sunt tempōrum praeteritōrum laudātōrēs. 4. Saepe laudābātis, amicī, tempora praeterita. 5. Ignāvia corpus hebetat, firmat labor continuus. 6. Corpora vestra sūdōre et labōre firmābitis, puerī. 7. Umbra nemorum et flūminum murmure ānimōs et corpora recreābimus. 8. Ira hominibus multōrum scelerum causa est. 9. Homēri carmina hominum animōs semper dēlectābunt.

10. Cicerōnem ōrātōrem murmura et clamōres populī nōn perturbābant. 11. Vēre et autumnō in Italiā itinera sunt iucunda, molesta aestāte. 12. Reverentiam praestāmus capitī cānō. 13. Multa crimina sunt falsa.

30. laudavī, laudaveram, laudāverō; laudāvisse

1. Statuās virōrum strēnuōrum herī corōnīs ornāvimus. 2. Multī praeclāram glōriam sceleribus maculāvērunt. 3. Cimbrī Teutonīque Rōmānōs saepe fugāverant; nōn tamen despērāvērunt Rōmānī, sed tandem patriam liberāvērunt. 4. Creāvistī, Deus, caelum et ornāvistī splendidīs stellīs. 5. Vitia sua ēmendāvisse pulchrum est. 6. Inimicōs superāvisse hominēs dēlectat. 7. Patriam servāvisse magna gloria est. 8. Poenī magnīs certāminibus Rōmānōs superāverant, Rōmānī tamen nōn despērābant. 9. Magnās ducīs Germānōrum cōpiās nōn superābitis, nisi bellum magnā cūrā parāveritis. 10. Hominēs cauti causam considerāverint: causam nimiā celerī tāte nōn

iudicābunt. 11. Milites, fortitudine magnā pugnāvistis.

31. urbs

1. Nescia mens hominum fātī sortisque futūrae. 2. Laureā fronde victōrēs Graecī frontem coronābant. 3. Philosophī etiam in calamitate aequam mentem servant. 4. Magna pars hominum sorte suā nōn est contenta. 5. Pretiōsās mercēs ōlim Phoenicēs Graeciae incolīs apportābant. 6. Ferrātā calce ēquitēs stimulant equōs. 7. Sacrī anserēs noctū in Capitōliō, arce Rōmānōrum, vigilābant. 8. Rōmulus, conditor Rōmae, frātre Remum necāvit. 9. Cantābit vacuus cōrām latrōne viātor. 10. Fīliī meī, mentem sanam in corpore sanō servāte. 11. Multārum urbium orīginēs incertae sunt. 12. Animōs Rōmānōrum coniūrātiōnīs Catilīnae timor perturbāvit. 13. Custōdibus arcium laudem parat vigilantia.

32.cīvis, nūbēs

1. Viātōrēs altās oppidōrum turrēs procul spectant. 2. Dira pesūs hominibus sunt cupiditātēs. 3. Surdae sunt stultōrum aurēs. 4. Albī corvī sunt rārae avēs. 5. Asinī habent crassam pellem; plāgārum tamen, ō puerī, haudquāquam cupidī sunt. 6. In civitāte Lacedaemoniōrum magna fuit capitis quondam reverentia cānī. 7. Clādium magnārum bellī Gallicī memoria cīvibus Rōmānīs semper acerba erat. 8. Hostium insidiae propter vigilantiam custōdum et animum impavidum mīlitum innocuae fuērunt. 9. Magna est piscium et avium celeritās; magna est vulpium calliditās. 10. In aede Vestae ignīs erat perpetuus. 11. Magna classe Pompēius praedōnēs superavit. 12. Rōma caput orbīs terrārum fuit. 13. Atbēnae sēdēs artium et litterārum fuērunt.

33. laudor, laudābar, laudābor; laudare; laudāri

1. Modestiā et probitāte ornantur puellae. 2. Probitāte ornābantur antiq̄ui Rōmānī. 3. Bellum est; ad arma convocāminī, adeste patriae! 4. Tū dēlectāris armīs, nōs dēlectāmur equīs. 5. Olim artibus et litterīs dēlectābāris, nunc armīs et equīs dēlectāris. 6. A frātre meō eras ad lūdum in hortum invitāberis. 7. Etiam dūrum saxum aquā cavātur. 8. Este attentī et sēdulī, discipulī! nam sī attentī et sēdulī fueritis, multīs praemiīs atque honōribus ornābiminī. 9. Testēs, ā iūdicibus interrogābimini. 10. Nōn praemiīs sed conscientiā rectī ad studium pulchrae virtūtis stimulābimur. 11. Discipull sēdulī nōn solum praemiīs mūneribusque sed etiam vērō amōre doctrīnae ad studium artium et litterārum stimulābuntur. 12. Sī bonus fueris, ā Deō et ā parentibus amāberis. 13. Iucundum est ab amīcīs amārī, ā magistrīs laudārī. 14. Laudare ā bonis, ō puer, vituperare ā malīs; nam molestum est ab improbīs laudāi, vituperari ā probīs.

34. laudātus sum

1. Variis stellis ā Deō caelum ornātum est. 2. Forum Rōmānum rostris ornātum erat. 3. Glōriā magnā et laudibua ēgregiis ornātī estis, Romānī, et semper ornātī eritis. 4. Cōpiae Iugurthae saepe ā Mariō fugātae sunt. 5. Ā Brennō Italia vastāta erat. 6. Lēgātī Rōmānōrum cum Clūsīnīs contrā Gallos pugnāverant; itaque ira Gallōrum in Rōmānōs excitāta erat. 7. Romānī ā Gallīs ad Alliam magnō proeliō superātī et fugātī erant, multī Romānī necātī [erant], oppida Rōmāuērum expugnāta [erant], agrī vastātī [erant], urbs ā Gallīs occupāta [erat]. 8. Titus Antōnīnus propter clēmentiam Pius appellātus est. 9. Liberāta erat urbs nostra audāciā et virtūte nostrā. 10. Victoria civibus nuntiāta erit. 11. Urbs Roma ā Rōmulō aedificāta esse putābātur.

35. ovile, animal, mare

1. Equitīs calcārī equus incitātur, praeceptērīs laude discipulus.

2. Maria sunt plēna magnōrum animālium. 3. In templīs Rōmānīs pulvīnāria erant; in pulvīnāribus deōrum simulācra collocābantur. 4. Post proelium cruentum mīlitēs in cubīlibus collocātī sunt; vulnera mīlitum cūrāta sunt. 5. Monīlia ornant mulierēs. 6. Propter cubīlia ōlim, ut ait Horātius, ferī homines unguibus et pugnīs pugnābant. 7. Magnā vōce iūdex dē tribūnālī iudiciū prōnuntiat. 8. Dēmosthenēs et Cicerō exemplaria sunt ēloquentiae. 9. Animālium varia sunt genera. 10. Maria habent litora, flūmina rīpās. 11. Rūpēs lītorum marium saepe sunt altae. 12. In marī immensō multa sunt genera variōrum animālium. 13. Mare perīculōsum laudat nauta.

36. tristīs

1. Ars longa, vīta brevis. 2. Agrī ab hoste crūdēlī vastātī erant; postea dīlīgenter arātī sunt. 3. Doctrīnā et omnī litterārum genere Graecī Rōmānōs longē superābant. 4. Nātūram suam mūtāre difficile est. 5. Insignia sunt Homērī poētae opera. 6. Est bonōrum cīvium bella cīvīlia vītāre. 7. Iuvenālis, poēta Rōmānus, mentem sānam in corpore sanō tanquam summum dōnum deōrum immortalīum exoptābat. 8. Avarō omnia dēsunt. 9. Corpus hominis est mortale, animus immortalis. 10. Animus immortalis hominum Deō est similis. 11. Dissimilēs sunt hominum mōrēs: sunt hominēs fortēs et timidī, fidēlēs et infidī, docilēs et indoctī, crūdēlēs et mitēs. 12. Vīta servōrum turpīs et misera et tristīs est. 13. Fortēs fortuna adiuvat.

37. ācer, prūdens

1. Avarō omnia dēsunt, sapientī nihil. 2. Mīlitēs in pugnā atrocī vulnerātī sunt; ā mulieribus piīs

cūrābuntur. 3. Tempora praesentia felicia sunt. 4. Vir sapiens semper fēlix est, etiam in calamitātibus. 5. Etiam gravia vulnera tempus sanat. 6. Animālia ratiōnis et ōrātiōnis expertia sunt. 7. Clārum et celebre fuit templum Diānae Ephesiae. 8. Sōcratem innocentem Athēniensēs damnāvērunt. 9. Scipiō, Africanī pater, pugnā equestrī ab Hannibale superātus est. 10. Celebre est nōmen Hannibalīs: Hannibal erat vir acrī ingeniō. 11. Cōpiae Hannibalīs equestrēs et pedestrēs ducibus et mīlitibus Rōmānōrum diū timōris erat causa.

38.moneō, monēbam, monēbō; mone; monēre

Uma carta para um amigo na cidade

Sī valēs, bene est; egō valeō. Vitae rusticae amātor tē, vitae urbānae amātōrem, salūtat. Nunc frondent silvae, nunc formōsus est annus. Omnia nunc flōrent; omnia prāta, omnēs agrī virent. Modō ambulāmus per agrōs et arva; modō iacēmus in

grāmine viridī, arcēmus ā nōbīs omnēs curās. Iūcundum est in grāmine iacēre; dulce est curās molestās arcēre. Herī ad collem, finitimum hortō avunculī meī, ambulāveram. Sōl splendēbat in caelō serēnō, arborēs altae umbram praebēbant. Quamdiū vita urbāna tibī placēbit? Sī hūc properāveris, valdē dēlectāberis, magnum gaudium habēbis, grātiā mihi habēbis. Silvae, prāta, arva, omnia sunt plēna vitae, plēna laetitiae. Arcē igitur omnēs cūrās et hūc properā. Valē.

39. monuī, monueram, monuerō; monuisse.

1. Nēmō unquam omnibus hominibus placuit. 2. Sōcratī philosophō invidia improbōrum hominum nocuit: nam accūsātus est et capitis damnātus [est]. 3. Multīs hominibus dīvitiae nocuērunt. 4. Dracōnis lēgēs sevērae displicuērunt Athēniensibus. 5. Nōn hostēs bellicosī et ferōcēs sed luxuria et dīvitiae Rōmānīs nocuērunt. 6. Omnēs antiqua e gentēs rēgibus ōlim

pāruērunt. 7. Omnēs artēs semper flōruērunt apud Graecōs. 8. Alexander, multās terrās imperiō tenuistī. 9. Magistrī puerōs saepe monuerant; sed puerī neque parentibus neque praeceptōribus pāruērunt. 10. Intemperantia corporī nocuerit. 11. Carmina dulciā tua, Vergilī, omnibus Romanīs placuērunt. 12. Tarquinius Superbus mōribus cognomen meruit. 13. Dulce est dē patria bene meruisse.

40. gradus, cornu

1. Aestūs maris lūnae mōtibus gubernantur. 2. Mundus nōn cāsū incerto, sed lēgibus certīs gubernātur. 3. Vehementēs animī mōtūs maris fluctibus sīmilēs sunt. 4. Ulixēs sociīs exclāmāvit: Ō sociī, aequō animō casus vitae tolerāte! 5. Portūs Athēnārum semper multīs nāvibus frequentābantur. 6. Ulixēs nōn solum cum hostibus, sed etiam cum fluctibus marīs et tempestātibus dimicābat. 7. Magistrātūs lēgum ministrī et custōdēs sunt. 8. Sonitus

tubae militibus est signum pugnae. 9. Lusciniae dulcī cantū bominēs dēlectānt. 10. Cervōrum cornua similia sunt rāmīs. 11. Violentus fluctuum impetus multās nāvēs mercātōrum in litora iactāvit. 12 Periclēs tōtō corporīs habitū vērū principem praestābat. 13. Exercitibus Varī Arminius clādem magnam et interitum parābat.

41. faciēs, rēspública

1. Ēst modus in rēbus, sunt certī dēnique fīnēs. 2. Omnia rērum principia sunt parva. 3. Miserōrum animī spē rērum prosperārum saepe dēlectantur et confirmantur. 4. Salūs reīpublicae summa lex magistrātuum estō. 5. Strepitū armōrum et clāmōre Germānī saepe aciēs Romanōrum perturbāvērunt. 6. Omnēs rēs ā Deō creātae sunt. 7. In plānitīē Marathōniā Miltiadēs parvā Athēniensium aciē ingentem Persārum exercitum superavit. 8. Falsā rērum speciē saepe hominēs ad spem vānam

excitantur. 9. Oculi et aures sunt partes faciei humanae. 10. Obsides victori pignora sunt fidei hostis. 11. Reipublicae Romanae bella civilia causa pernicii erant. 12. Rem publicam ornant civium concordia.

42. delēvī, delēveram, delēverō

1. Quot et quantas terras Romani expugnaverunt, quot et quantos populos bello superaverunt, quot et quantas urbes delēverunt! 2. P. Scipio Africanus urbem Carthaginem expugnavit et delēvit. 3. Romani non solum totam Italiam, sed etiam totum orbem terrarum fama nominis sui implēverunt. 4. Xerxes Athenas incendiō delēvit. 5. Omnes Macedones praematuram Alexandri mortem deflēverunt. 6. Omnes milites foedam Caesaris mortem deflēverunt. 7. Cicerō orationibus praeclaris animos adolescentium Romanorum amore patriae implēvit. 8. Mercatores nostri in multis terris commeaverunt et omnium rerum copia patriam complēverunt.

43. moneor, monēbar, monēbor; monēre; monēri

1. Dum puerī sumus, docēmur et exercēmur. 2. Multārum rērum ūtilium cognitiōne exercētur memoria nostra. 3. Apud populōs antiques puerī usque ad annum aetātis septimum in cūrā mātrum tenēbantur. 4. Postea corporis facultātēs exercere docēbantur. 5. Nunc puerī sumus, mox mīlitēs erimus; mox exercēbimur et docēbimur arma gestāre et bellāre, et in sevērā disciplinā tenēbimur. 6. Nēmō ante mortem beātus habēri dēbet. 7. Omnēs ūsū docēmur. 8. Fās est et ab hoste docērī. 9. Mors perditōrum cīvium nunquam dēflēbitur. 10. Dīvitiīs augēbātur Rōmānōrum luxuria. 11. Urbs Veiī complūrēs aestātēs hiemēsque continuās obsidēbātur. 12. Puer, in iuventūte ā magistrīs et ā parentibus docere.

**44. monitus sum, (eram, erō; esse) | dēlētus sum
(eram, ero; esse)**

1. Praemātūra Alexandrī mors ab omnibus Macedonibus dēflēta est. 2. Neque ā leōnibus territus est Daniēl, neque minīs Golīae Dāvīd. 3. P. Cornēlius Scīpiō Carthāginem dēlēvit; Corinthus, urbs Graeciae opulenta, ā L. Mummiō dēlēta est. 4. Exercitus Rōmānus pugnā Cannensī ab Hannibale prōfligātus et paene dēlētus erat. 5. Perterritī erant Romanī, sed dē reī publicae salūte nōn despērābant. 6. Porsenna, rex Etrūriae, incrēdibilī Mūciī Scaevolae audāciā territus est. 7. Mors miserābilīs Phaethontis, filiī Sōlls, ā sorōribus dēflēta erat; propter nimium luctum ā deīs in arborēs mūtātae sunt. 8. Xerxis classīs ad insulam Salaminem in marī angustō ā Graecīs dēlēta est. 9. Virīs fortibus bonos semper habitus est. 10. Saepe hominēs temerārii atque imperitī falsīs rūmōribus territī sunt. 11. Temporibus Nerōnīs Roma ā Christianīs dēlēta esse falsō putāta est. 12. C. Iulius

Caesar ā vāte frustrā monitus est

45. Grau comparativo dos adjetivos

1. Nullum vitium foedius est quam avāritia. 2. Nihil amābilius est piō et probō homine. 3. Dulce est mālum, dulcior uva, dulcissimum autem mel. 4. Tamesīs est longus, Padus est longior, Dānuvius est longissimus. 5. Euripidēs erat praestans, Sophoclēs praestantior, Homērus autem praestantissimus. 6. Suāvissima sunt carmina Horātī. 7. Oculōrum sensus est ācerrimus. 8. Nātūra est dux certior quam ars. 9. Accipiter est celer, hirundō celerior, celerrima aquila. 10. Clāriōra sunt nōmina poētārum Graecōrum quam Rōmānōrum. 11. Omnium ōrātōrum Rōmānōrum praestantissimus erat Cicerō; ēloquentior tamen Cicerōne erat Dēmosthenēs Athēniensis. 12. Bēluārum nulla prūdentior est elephantō. 13. In Graeciā et Ītaliā sunt multae urbēs celeberrimae et pulcherrimīs aedificiīs ornātae. 14. Vīlius ārgentum ēst aurō,

virtūtibus aurum. 15. Īra insāniae simillima est. 16. Crūra cervōrum gracillima sunt.

46. Peculiaridades do grau comparativo

1. Fructus labōris optimus est placēre meliōribus. 2. Conscientia rectae voluntātis maxima consōlātiō rērum incommodārum est. 3. Ūsus optimus magister est. 4. Vacāre culpā maximum est sōlācium. 5. Turpīs timor mortīs omnī est morte pēior. 6. Plūrimās et maximās opportunitātēs amīcitia habet. 7. Antīquīs temporibus Suēvōrum gens erat longē maxima et bellicōsissima Germānōrum omnium. 8. Hibernia dīmidiō minor est quam Britannia. 9. In māiōre honōre est sapientia quam dīvitiae. 10. Praeteritōrum temporum memoria optima vitae hūmānae magistra est. 11. Māiōrum gloria posterīs quasī lumen est. 12. Māiōr est animī voluptās quam corporis. 13. Famēs est optimum condīmentum. 14. Remus Rōmulō iūniōr erat. 15. Benjamin filiōrum Iācōbī nātū minimus erat. 16.

Iudas, filius Iācōbī, Iōsēphō senior erat.

47. Comparação dos advérbios

1. Facilius hominēs exemplīs excitantur quam praeceptīs. 2. Difficilius liberī ēducantur quam librī scribuntur. 3. Alauda suāvius quam merula cantat, suāvissimē autem luscinia. 4. Fortius vix unquam pugnātum est quam apud Thermopylās ā Leōnidā et sociīs. 5. Catulī timidī vehementius lātrant quam mordent. 6. Excelsīs multō facilius cāsus nocet. 7. Vinum aegrōtis prōdest rārō, nocet saepissimē. 8. Fortiter in Asiā pugnāvērunt Persae, nōn minus fortiter ā Graecīs pugnātum est; fortius et ācrius quam Graecī pugnāvērunt Romānī. 9. Rōmānī fortissimē et ācerrimē pugnāvērunt et magnum imperium obtinuērunt. 10. Lacedaemonūplērumque fortius quam Athēniensēs dimicāvērunt; tamen cautius et prūdentius Athēniensēs [dimicāvērunt]. 11. Sēcrētō amīcōs admonē, laudā palam. 12. Hominēs hominibus

plūrimum prōsunt et obsunt.

48. egō, tū

1. Spēs est in nōbis, in Deō exitus. 2. Conscientia est vox Deī in nōbis. 3. Nōn nōbīs solum creatī sumus, sed parentibus, propinquīs, amicīs, reipublicae. 4. Patria communīs omnium nostrum parens est. 5. Filī, nōtum tibi est dictum Biantīs: Omnia mea mēcum portō. 6. Sī tibi rēs parva est, ēst tibi māgna quiēs. 7. Animus dominus rectorque tuī estō, nōn corpus. 8. Tum Imperator exclamat: “Mīlitēs, sī fortiter pugnāveritīs memoriam vestrī diū servābit patria, communīs omniunī nostrum parens”. 9. Ō Gordō, hominem gravissimum, cī vein ēgregium, impavidum militem, tē semper praeuisti; memoria tuī ā mē diū servābitur

49. is, ea, id; sē

1. Virī probī suī potentēs erunt, virtūtibus sibī gloriam parābunt, sē ornābunt, patriam amplificābunt. 2. Discipulī Sōcratīs eum maximīs laudibus praedicāvērunt et memoriam ēius servāvērunt. 3. Memorēs praeceptōrum ēius vitam suam virtūtibus ornāvērunt et magistrō et sibī gloriam parāvērunt. 4. Sōcratēs eōs metū mortīs liberare rat et iīs viam vērae īelicitātīs monstrāverat. 5. Hamilcar in Hispāniam filiū Hannibalem sēcum duxit. 6. Aliēna vitia in oculīs babēmus, ā tergō nostra. 7. Deum ex operibus ēius cognoscimus. 8. Memoriam augēbis, sī eam exercueris. 9. Homō doctus in sē semper divitiās habet.

50. hīc, ille, iste

O líder germano dirige-se a suas tropas

Arminius bīs ferē verbīs et hāc ōrātiōne militum animōs firmāvit: Romānī adsunt, hārum angustiārum et regiōnum imperitī, hārum palūdum et hōrum

locōrum difficultāte impeditī, denique silvārum nostrārum umbra territī. Hī montēs, hae regiōnēs, hōc caelum, omnia haec Rōmānōs terrent. Deī nōbīs viam libertātis monstrant. In hīs silvīs nulla via illīs aperta erit. Haec patria nostra, hīc sōl, hoc caelum testēs sunt iniūriārum Rōmānōrum. Hanc patriam nostram dēlere, hāc in terra nos, cōniuges, liberos omnibus iniūriis vexāre, hīs in regiōnibus imperare, exoptant. Patria, commūnīs omnium nostrum parens, ad pugnam vos vocat. Sī hunc exercitum superāveritis, liberī eritis et tūtī ā superbitī populī illi Romāni,

51. is, idem, alius

1. Nōn eadem omnibus honesta atque turpia sunt. 2. Hominis vita nihil aliud quam ad mortem iter est. 3. Aliud ex aliō malum. 4. Vir sapiens nōn tum hoc, tum illud, sed idem semper affirmāre solet. 5. Nonnullis animālibus longa sunt crūra: isdem ferē sunt longa colla. 6. Eiusdem hōrae saepe alius est exitus,

aliud initium; celeriter enim mūtātur fortuna. 7. Demosthenes, Graecōrum ōrātōrum praestantissimus, venēnum absorbit, nam dē patria despērāverat; eundem vitae exitum habuit Hannibal. 8. Ex vitiō alius sapiens ēmendat suum. 9. Nihil aliud adhūc mihi dēfuit ad summam felicitātem quam tua amīcitia. 10. Nōn omnēs flōrēs ēiusdem £enerīs eundem colōrem aut eundem odōrem aut eandem formam habent. 11. Nōn semper idem eritis; nōn semper isdem rebus dēlectābimini.

52. ipse, ūnus, sōlus

1. Nihil est facilius quam alterum admonēre, nihil difficilius quam suōs ōmendāre mores. 2. Homō avārus nihil cūrat nisi ipsius vel com moda vel incommoda. 3. Nullī rosae deest spina. 4. Unī Deō omnia beneficia dēbēmus. 5. Nōn sibī solī nātus est homō. 6. Nēmō nullius culpaē sibī estconsciūs. 7. Omne animal sē ipsum amat. 8. Antoninus Pius,

Imperator Romanus, nullī acerbus, cunctīs benignus fuit. 9. Sōcratēs tōtius mundi sē incolam et eivem putābat. 10. Martīs et Rheae Silviae duō fuērunt filii; alterī nōmen erat Rōmulus, alterī Remus. 11. Dōnec erīs fēlix mullos numerābīs amicōs: Tēmpora sī fuerīnt nūbila, sōlus erīs.

53. regō, regēbam, regam; rege; regere

1. Deus orbem terrārum regit. 2. Filii, nōn vīribus aut velocitate corporis rēs magnās gerētis, sed consiliō et prādentia. 3. Virum bonum nec grātiā, nec pretiō, nec periculō ā rectā viā deduces. 4. Et ad lūdum et ad pugnam Graecī arma sūmēbant. 5. Mercātōrēs frūmentum ex Sicilia et Aegyptō in Italiam quotannis vehēbant. 6. Themistoclēs quod rem familiārem neglegēbat, ā pātre exhērēdātus est. 7. Amicum cognoscētis amore, more, ore, rē. 8. In animī tranquillitāte vītam beātam pōnimus. 9. Filii, Deum oculīs nōn cernitis, sed eum ex operibus eius

cognoscitis. 10. Litterarum studia et felicitate
extollunt et minuunt calamitatem. 11. Haud difficile
est Deum ex operibus eius cernere et cognoscere. 12.
Notum est praeceptum illud Apollinis Delphici: Nosce
te ipsum. 13. Dum vitant stulti vitia, in contraria
currunt.

**54. rexī, rexeram, rexerō; rexisse | lēgī, lēgeram,
lēgerō; lēgisse | metuī, metueram, metuerō;
metuisse**

1. Discordiā intestinā etiam magna imperia
corruerunt. 2. Si curas vestras minueritis, feliciōres
eritis. 3. Paucas fabulas legistis: mox plures vobis
narrabuntur. 4. Maiorem honorem veteres Germani
tribuērunt uxōribus quam Graeci et Romani. 5. In rebus
adversis amicos destituisse turpissimum est. 6.
Athēniensēs Sōcratem falsis criminibus arguerunt, et
capitis damnāverunt. Sed mortem nōn metuit ille et
praeclārā hilaritāte extrēmīs vitae hōris de animi

immortalitāte cōram amicīs disputavit. 7. Orpheus cantū suō silvās et saxa duxisse narrātur. 8. Nōn Lacedaemoniōrum armīs, sed civium discordiā rēspública Athēniensium corrui.

55. claudō, claudere, clausī, clausum | verte, vertere, vertī, versum

Olim exercitus Rōmānus ā Gallīs ad Alliam prōflīgātus erat. Multa mīlia Rōmānōrum trucidātī erant; multī terga verterant, paucī ē manibus hostium ēvāserant. Gallī ad urbem ipsam cum exercitū sē vertērunt. Tum civēs aut fugae sē mandāvērunt aut in Capitōlium ascendērunt. Senātōrēs in forō adventum Gallōrum exspectābant. Portās urbīs nōn clausērunt. Itaque Gallī per portās nōn clausās in urbem intrāvērunt et postea ad cūriam sē vertērunt. Ibī ūnus ex Gallīs barbam senātōris manū prehendit sed statim ā Romanō illō verberātus est. Tum vērō Gallī, ira comotī, omnēs senātōrēs trucidāvērunt et urbem ipsam

incendērunt.

56. credō, crēdere, crēdidī, crēditum | cadō, cadere, cecidī, cāsum | caedō, caedere, cecidī, caesum

1. Nōmina et rēs gestās virōrum fortium poētae memoriae trādidērunt. 2. Hominēs caecōs saepe reddidit avāritia et cupiditās. 3. Nōn scholae, sed vitae discimus. 4. Cecinit Homērus deōrum et hominum laudēs. 5. Croesum, rēgem Lȳdōrum, Apollinīs responsum fefellit. 6. Multōs virōs probōs et iustōs Athēniensēs in exsilium pepulērunt. 7. Themistoclēs apud Athēniensēs in prōditiōnīs suspieiōnem cecidit. 8. Alcibiadem civēs ex urbe pepulērunt. 9. Catilina, vir nefarius, Cicerōnīs vigilantiam nōn fefellit. 10. Athēniensēs Aristidem ex patria pellere statuērunt.

57. Numerais cardinalis

1. Dionȳsius duodēquādrāgintā annōs praefuit Sȳrācūsānīs. 2. Tria bella Rōmānī cum

Carthāginiensibus gessērunt; certātum est primō bellō Punicō per annōs XXIV. 3. Romanī ad Lilȳbaeum LXXIII Carthāginiensium navēs cēpērunt, CXXIII [nāvēs] dēmersērunt, XXII milia hostium cēpērunt, XIII milia occidērunt. 4. Romulī temporibus centum senātōrēs Romanī erant, Serviī Tulliī temporibus trecentī, Caesarīs temporibus quingentī. 5. In pugnā Marathōniā necātī sunt ex numerō Persārum sex milia et quādringentī, ex numerō Athēniensium centum nōnāgintā duō. 6. Leōnidās cum trecentīs Lacedaemoniis, septingentīs Thespiensibus, mille Thēbānīs, quinque milibus cēterōrum Graecōrum, Thermopȳlās occupāvit et cum multīs milibus Persārum fortiter dimicāvit.

58. Numerais ordinais

1. Primus annus urbīs Rōmae fuit ante Christum nātum septingentēsimus quinquāgēsimus tertius. 2. Regnābant in urbe Roma rēgēs usque ad annum

quingentēsimum nōnum. 3. Annō ducentēsimō sexāgēsimo sextō tota ferē Italia in potest āte Rōmānōrum erat. 4. Piatō ūnō et octōgēsimo aetātis annō ē vita excessit. 5. Annō millēsimo octingentēsimō undēvicēsimo nata est Victōria, Britannōrum regina et Indōrum imperātrix. 6. Annō millēsimo octingentēsimō tricēsimo sēptimō regnō successit. 7. Iam Anglis praefuit annōs quinquāgintā: itaque multīs discipulis feriae fuērunt. 8. Annō quādringentēsimō tricēsimo primō bellum Peloponnēsiacum conflātum est

59. quis? quid? quī, quae, quod?

1. Quīs vestrum est sine culpā? 2. Cui ignōtae sunt Athēnae? Quibus hominibus ignotī sunt Athēniensēs? 3. Quid magīs est saxō durum, quid mōllius undā? Dura tamēn mollī sāxa cavāntur aquā. 4. Quid est tam rēgium quam miserīs succurrere? 5. Quid est praestantius sapientiā? Quid hominī melius? 6. Quae potest esse fēlīcītās sine nōtitiā Deī? 7. Quīs nōn

agnoscit Deī benevolentiam? 8. Quae potest esse amicitia inter ingrātōs? 9. Quīs forum Rōmānum rostrīs ornāvit? C. Duilius ornāvit. Cūr ornāvit? Magnam victōriam ā Carthāginiensibus reportāverat. 10. Quibus virtūtibus Hector insignīs erat? Fortitudine, patriae amore, humānitāte. 11. Cūius filius erat Hector? Quorum frāter? Hector erat fīlius Priamī; frāter erat Paridīs et Polūdōrī et multōrum aliōrum. 12. Olim philosophus sīc interrogātus est: Quid est in homine pessimum et quid optimum? At ille respondit: Lingua.

60. quī, quae, quod

1. Eae rēs, quae multītūdīnī placent, saepe perniciosae sunt. 2. Eās rēs, quae multītūdīnī placent, saepe vitare debēmus. 3. Eae rēs, quās multītūdō magnī aestimat, saepe pernicio sae sunt. 4. Eās rēs, quās multītūdō magnī aestimat, saepe vitare debēmus. 5. Eī, quī aliōrum rēbus ad versīs nōn moventur, ab omnibus repudiantur. 6. Eōs, quī aliōrum rēbus adversīs nōn

moventur, omnēs rēpudiant. 7. Eī, quōs aliōrum rēs adversae nōn movent, ab omnibus repudiantur. 8. Eōs, quōs aliōrum rēs adversae nōn movent, omnē rēpudiant.

61. quī, quae, quod,

1. [Is] quī sē excūsat, sē accūsat. 2. Graecī divinos honōrēs tribuēbant iīs hominibus, quī tȳrannōs necāvērunt. 3. Ad mirabilis fuit Sōcratis illius sapientia, cūius necem Athēniensēs sērō dēflēvērunt. 4. Tolerābilia sunt [ea] quae tolerant cēteri. 5. [Is] quī sē ipse laudaverit, citō habēbit dērisōrem. 6. C. Iulius Caesar necātus est ab iis, quibus maxima beneficia tribuerat. 7. [Ea] quae nocent, docent. 8. Nisī utile est id quod agī mus, vana est gloria nostra. 9. Hominēs timidī etiam ea pericula vident, quae nōn sunt. 10. Nōn solēmus magnī aestimāre eās rēs, quās semper vidēmus. 11. Utrīque peccant et [iī] quibus omnia placent, et [ii] quibus nihil. 12. Bis dat quī citō dat.

62. regor, regēbar, regar; regere; regī

1. Nōn omnēs agrī frūgiferī sunt, quī coluntur. 2. Omnēs nātūrā trahimur et dūcimur ad cognitiōnis et scientiae cupiditātem. 3. Nōscitur ēx sociīs quī nōn cognōscitur ex sē. 4. Honōs, ut ait Cicerō, alit artēs, et omnēs glōriā incenduntur ad studia. 5. Ex Siciiliā et Aegyptō frūmentum quotannīs in ītaliā vehēbātur. 6. Vir bonus nec gratiā. nec pretiō, nec perīculō ā rectā viā dēducētur. 7. Homēri carmina ab omnibus Graecīs legēbantur. 8. Iuvenēs, sī robustī eritis, ad arma vocābiminī et conscribēminī, et in armīs exercēbiminī, et, sī perīculum erit, contra hostēs dūcēminī. 9. Nūper perīculum bellī erat: iam conscribēbantur exercitūs, iam dūcēbantur cōpiae in finēs hostium. 10. Carmina Homēri et Vergilī ab omnibus puerīs legī dēbent. 11. Puer, ad studia amore sapientiae virtūtisque incendere.

63. rectus sum, (eram, erō; esse).

1. Ōlim Xerxēs, rex Persārum, ingentem exercitum in Graeciam duxit. 2. Iam urbī Athēniensium appropinquābat. 3. Sed cīvēs cum uxōribus et liberis urbem relīquerant. 4. Victus est Xerxēs consiliō Themistoclis. 5. Philippus, rex Macedonum, ad Chaerōnēam opēs Graeciae proeliō frēgit. 6. Fracta est potentia cīvitatū Graecārum discordia. 7. Avunculī meī mē semper hōc monēbant: Manē in statiōne qua positus eris. 8. Romānī multos rēgēs subēgērunt, multāsque cīvitatēs in potestātem suam redēgērunt. 9; Multī rēgēs ā Romanīs subactī sunt: multae cīvitatēs in potestātem eōrum redactae sunt. 10. Ad lacum Trasumēnum Romānī ab Hannibale ingentī clāde victī sunt. 11. Ad lacum Trasumēnum Romanos ingentī clāde vīcit Hannibal.

64.audiō, audiēbam, audiam; audī; audire

1. Nēmō liber est quī corporī servit. 2. Aegȳptiī mortuos condiēbant, eōsque domī servābant. 3. Dum felis dormit saliunt mūres. 4. Cicerō Zenōncm, philosophum Epicūrēum, Athēnīs saepe audiēbat. 5. Ea vērē scītis, quorum causās iōgnoscitis. 6. Equī hinniunt, suēs grunniunt, infantēs vāgiunt. 7. Carthāginiensēs captivos suōs ferreīs catēnīs vinciēbant magnāque sevēritāte custōdiēbant. 8. Contumēliam sī dixeris, audiēs. 9. Cibos condit sāī, cēnam condiunt sales. 10. Precēs miserōrum exaudiet Deus. 11. Causās multārum rērum uescīmus. 12. Mors omnēs dolōrēs fīniet. 13. Cīvēs bonī semper patriae servient. 14. Pulcbrum et iūcundum est patriae servire. 15. Cīvēs, patriae servite. 16. Audī alteram partem.

65. audivī, audīveram, audīverō; audivisse.

1. Nātūra ovēs pellibus mollibus vestivit. 2. Lacedaemoniī urbem suam nōn mūnivērunt, quod

civium fortitudīne satīs dēfendēbātur. 3. Athēniensēs consiliō Themistoclīs urbem et portum firmīs praesidiīs mūnivērunt. 4. Dēmostbenēs vitam venēnō fīnīvit. 5. Rōmulum et Remum frātrēs lupa nūtrīvit. 6. Magna fide Hierō, rex Sūrācusānōrum, foedus Rōmānum custōdiverat. 7. Sī Deum dilexerimus ēiusque praeceptīs oboediverimus, vitam nostram fēliciter fīniēmus. 8. [lī] quī consiliō prūdentium nōn oboediverint, iūre poenīs affiūgentur. 9. Ōlim musculus rēte, quō leō implicātus est, dentibus acūtīs dēlēvit et leōnein ex eō expedīvit. 10. Līberī, Deō parentibusque oboedī visse et patriae ser vī visse vōbīs in senectūte causa magnae laetitiae erit.

66. audior, audiēbar, audiar; audire; audiri

1. Nunquam periculum sine periculō vincitur. 2. Quī corporīs voluptātī servit, turpiōribus vincitur catēnīs quam servus. 3. Dē aetāte Homērī, clārissimī Graecōrum poētae, inter viros doctos nōn consentītur.

4. Etiam infelīcium hominum cūrae soninō lēniuntur. 5. Exaudientuī ā Deō precēs miserōrum. 6. Cibī condiuntur sale, cēna conditur salibus. 7. Castra Rōmāna aggeribus et fossīs mūmēbantur. 8. Puerī Romanī ā Graecīs doctōribus artibus et litterīs ērudīebantur. 9. Omnia mala aliquandō finientur et lēnientur. 10. Exaudientur ā Deō precēs eōrum quī Deī lēgibus oboediunt. 11. Sī Deum dilexerimus, in omnibus malīs ab eō custōdiēmur. 12. Hominēs improbī pūnirī dēbent. 13. Puer, artibus et litterīs erudire. 14. Puerī, virtūte sapientiāque ērudiminī.

67.a. auditus sum, (eram, erō; esse).

1. Gallōrum oppida ingentibus mūrīs et fossīs munita erant. 2. Olim Capitōlium ab anseribus custōditum et servātum est. 3. Mōrēs Rōmānōrum luxuria et divitiīs mollitī sunt. 4. Alexander Magnus ab Aristotele philosophē) ērudītus esse narrātur. 5. Romulus et Remus frātrēs ā lupa nutritī esse dicuntur.

6. Nulla rē animus Coriolanī lēniēbātur; tandem matrīs et uxōris precibus mollitus est. 7. Magna fidē ab Hierōne, rēge Sŷrācūsānōrum, foedus Rōmānum custōditum est.

67.b. O asno na pele de leão

Asinus, pelle leōnīs indūtus, nominēs et bestiās terrēbat. Sed forte propter mōtūs celeritātem aurēs ēminēbant. Agnī tus [est] igitur ab hominibus et ob petulantiam pūnitus est.

68. capiō

1. Aetās fugit, dum verba facīmus. 2. Nōn accēpimus vitam brevem sed facimus. 3. Mors improvisa rapuit rapietque homines. 4. Magna dētenus suscipere dum vīrēs habēmus. 5. Omnibus in rebus respice finem. 6. Aequō animō excipe necessāria. 7. Hominī avārō ne Croesī quidem divitiae sufficiunt. 8. Nōn semper bona et salūbria cupimus. 9. Omnēs

voluptātēs fastidium pariunt. 10. Iustīs oculīs Deus mortālia aspicit. 11. Barba nōn facit philosophum. 12. Cōnsule vir} fac vota senēx iuvenisque labōrā. 13. Deus ammalia ad hominum ūtilitātem fēcit. 14. Complūrēs ēquitēs Romanī Cicerōnem in lectō confodere statuērunt. 15. Quīs plūrimum habet? Īs quī minimum cupit.

69. capior

1. Fidēs amicōrum in dubiīs rēbus perspicitur. 2. Perfidī meritō ab omnibus despiciuntur. 3. Iustīs oculīs ā Deō mortālia aspiciuntur. 4. In Italiā et Graeciā multa antiquitātis monumenta quotannis effodiuntur. 5. Iugurtha, Numidārīm rex, ā Sulla captus est et in vincula coniectus, 6. G. Iālius Caesar ā multīs coniurātōribus confossus est. 7. Rēgulus, quiā Poenīs captus est, omnēs cruciātūs aequō animō sustinuit. 8. Germānī antiquī in pugnam prōcēdentēs arma manibus concutiēbant. 9. Aegyptus per Octāviānum imperiō

Romānō adiecta est. 10. Virtūs sōia neque datur donō neque accipitur. 11. A Deō pūrae, nōn plēnae, manūs aspicientur. 12. Effodiuntur opēs irritāmenta malōrum.

70. hortor; vereor

1. Cicerō ad Atticum haec scripsit: Caesar mihi litteris hūmānissimīs grātulātur et omnia pollicētur. 2. Cicerōnīs aequālēs antiquōs ōrātōrēs magīs admirābantur, ipse suōrum temporum ēloquentiam antepōnebat. 3. Maxime admiram ur eum, quī pecunia nōn movētur. 4. Maxima culpa est in eō, quī et vērītātem aspernātur et in fraudem obsequiō impellitur. 5. Miseros spēs consōlātur. 6. Liberī parentēs verentur, servī dominum metuunt. 7. Nunquam mails aliēnīs laetābimur. 8. Hominēs strēnuī apium dīligentiam, formicārum sēdilitātem imitābuntur. 9. Lēgēs sēcūritātem et tranquillitātem civitatīs tuentur. 10. In omnibus calamitātibus bonos bona conscientia consōlātur. 11. Aegyptiī omne genus bestiārum

venerabantur. 12. Parentēs verērī dēbēmus. 13.
Īmprobos ad virtūtem stimulare et hortārī dēbēmus.

71. labor; blandior.

1. Tempora lābuntur. 2. Magnos hominēs virtūte
mētīmur nōn fortūnā. 3. Iocīs modicīs dēlectāmur,
immodicīs īrascimur. 4. Nōn minus nostra sunt [ea]
quae animō complectimur, quam [ea] quae oculīs
intuēmur. 5. Nōn solum ipsa fortuna caeca est, sed eōs
etiam plērumque efficit caecōs, quōs complexa est. 6.
Adversa ex secundis, ex adversīs secunda nascuntur. 7.
Oculī saepe blandiuntur et mentiuntur. 8. Ex
cupiditātibus odia et discordiae nascuntur. 9. Mortem
praemātūram sed gloriā aeternā Achillēs sortītus
est. 10. Epaminondās Tliēbānus nē iocō quidem
mentiēbātur. 11. Philippus, rex Macedonum, dum
bellum mōlītur contrā Persās occisus est. 12. Amnīs
īlābitur ēt lābētur in omne volubilīs aēvum.

72.a. Verbos depoentes

1. Sī patriae communi omnium parentī gratī eritis, eōrum virōrum, quī dē patria optimē meruerunt, virtūtem imitabimini; sī virtūtem illōrum virōrum imitati eritis, et vōbīs et patriae glōriam comparābitis.

2. Concordiā rēs parvae crescunt, Discordiā maximae dilabuntur. 3. Quī aliīs insidiābitur, ipse lābētur. 4. Audī multa, loquere pauca. 5. Homō sapiens loquētur et tacēbit rectō tempore. 6. Tacere saepe melius est quam loquī. 7. De mortuīs bonī hominēs nihil nisi bonum loquentur. 8. Catō filium hīs dictīs hortātus est: Ex perire clē mentiam Caesaris.

72.b. A partilha do leão

Leonī, quī ōlim vēnābātur, sociī fuērunt canīs et lūpus. Nactī sunt ingentem cervum. Tum leō in trēs partēs aequālēs praedam dīvisit et ad socios suōs ita locūtus est: “Primam partem sūmō, quia rex vester sum; secundam quoque tribuētīs ducī vestrō; tertiam sī

tetigeritis, inimicos vester erō. Sic im probu m illud animā ūniversam praedam dēvorāvit. Intereā canīs et lupus tristēs assidēbant”.

73.a. Verbos depoentes

1. Filiī, verēminī parentēs. 2. Innumerābilīa bona Deus generī humanō largītus est et cotidiē largitur. 3. Homō bonus nōn mentiētur, nam turpe est mentilī. 4. Eī hominī, quī mentitus erit, fidem nōn habēbimus. 5. Quī tibi laudem tribuit, quam nōn meritus es, īs tibi blanditur. 6. Quī officiō suō functus erit, īs glōriam assequētur et omnium bonorum hominum laudem merēbitur. 7. Scȳthae aurum et argentum nōn appetēbant; lacte et melle vescēbantur, pellibus ferārum aut mūrium ūtēbantur. 8. Multī hominēs ōlim in Graeciam ad Ol̄ympia proficiscēbantur. 9. Dulce et decōrum est prō patria mori.

73.b. O lobo e a cabra

Lupus forte capram in alta rūpe conspicātus est. “Cūr nōn”, inquit, “sterilia saxa relinquīs et in amoenōs campos descendis?” Sed capra, quae fraudem sensit, respoudif Nōn placet dulcia antepōnere salūtāribus.”

74. Tempos do subjuntivo

1. Amēmus Deum. 2. Vītēmus perīcula vitae ōtiōsae. 3. Prūdentiā vītēs perīcula, vir strēnue. 4. Utinam clēmentiā vestrā et patientiā, filiī, odium inimicōrum vestrōrum superētis. 5. Spērēmus [ea], quae optāmus; sed quicquid accidit, aequō animō tolerēmus. 6., Utinam in rēbus secundīs superbiam et arrogantiam vītāvissēmus! 7. Nē mūtēmus amicōs. 8. In rēbus adversīs nē despērēmus, in rēbus secundīs nē sīmus superbī. 9. Utinam conscientia tua bona esset, Ataree! 10. Utinam modestior et prūdentipr fuissēs, vir praeclāre! 11. Sit mens sana in corpore sanō! 12. Mōrēs

meī gratī sint omnibus hominibus! 13. Herī in oppidō multī erant mīlitēs. Utinam ibī fuisset, nam multōrum militum aspectus mihī est grātissimus.

75. a. Tempos do subjuntivo: voz passiva

1. Puerī, sī modestī eritis, ā Deō et ā probīs hominibus laudābiminī; semper igitur superbia vitētur et licentia. 2. Utinam semper laudēmur ā probis, tum nihil cūrābimus sī ab improbīs vituperābimur. 3. Utinam in victoria nostrōrum nuntiētur. Immō verō utinam iam nuntiārētur. Utinam victoria nostra servēminī, cīvēs. 4. Vitia rādīcitus extirpentur: et tū, o puer, principiīs obstā: sērō medicina paratur, Dūm mala pēr longās cōnvaluere morās.

75. b. Uma resposta espirituosa

Olim in proeliō milēs quidam amicō dixit: Utinam nostrārum cōpiārum numerus duplicatus esset, nam magnae sunt cōpiae hostium. Cuī ille respondit:

Sententiam tuam, amice, baud probō. Die potius: Utinam cōpiae hostium duplicātae essent. Nam peritia et fortitūdō nostrōrum multō maior est quam hostium.

76. Tempos do subjuntivo

1. Curate, fillī, ut fortēs vōs praebeātis. 2. Cautī sitis; curate tamen nē omnibus periculīs terreāminī. 3. Praecepta divina monent pestem. 4. Cura ut valeās. 5. Orō. filiī, ut assentātiō procul ā vōbīs āmoveātur, quae nōn solum amicō, sed nē liberō quidem digna est. 6. Nerō urbem Rōmam incendit, ut Trōiae ardentis imaginem habēret. 7. A corpore tuō removeātur omnīs virō nōn dignus ornātus. 8. Commeant mercātōrēs in multās terras, ut omnium rērum copia patriam compleant. 9. Utinam omnēs praeceptis Deī pareant. 10. Utinam facultātēs animī et corporis semper exercuissēmus. 11. Utinam, mī filiī, facultātēs animī et corporis semper ā tē exercitae essent. 12. Curate, puerī, ut memoriam exerceātis; sed curate ut, nōn

solum memoria, sed etiam omnes facultates a vobis exerceantur.

77. Ut e cum

1. Hannibal cum saepe vicisset Romanos, maestus cessit ex Italia ut patriae succurreret. 2. Edimus ut vivamus, non vivimus ut edamus. 3. Democritus philosophus cum videret hominem stultum veste splendida ornata, prehendit vestem et: Antea, inquit, tuam vestem ovibus gestabat et ovibus erat. 4. Alexander Macedo cum in Sigoe ad Achillis tumulum astitisset, "Fortunatas es", inquit, "adulescens, nam tuae virtutis Homerum praecone invenisti". 5. Seneca haec ad amicum scripsit: Ante senectutem curavi, ut bene viverem; in senectute curo, ut bene est vita deuedam. 6. Cicero diligenter vigilabat, ne respublica a nefariis hominibus subverteretur. 7. Laena cum filium in proelio misisset et clamore morte eius nuntium accipisset: 'idcirco' inquit 'genueram, ut pro patria

occumberet.

78. Ut e cum

Leō senex, cum nōn satis rōboris habēret ad victum comparandum, callidum adhibuit consilium, ut vitam sustentāret. Morbum simulābat et in spēluncā iacēbat ut adventum bestiārum silvae exspectāret. Bestiae autem advēnērunt ut rēgem aegrōtum salūtārent. Quās, cum leō comprehendisset dēvorābat. Cum multae bestiae ab eō consumptae essent, etiam vulpēs apparuit ut pristinō rapinārum sociō dolorem dēclārāret. Vulpēs autem cauta ante spēluncam animal illud callidum salutāvit. Quam cum leō aspexisset, blandīs verbīs rogāvit ut intrāret. “Cūr cessās”, inquit, “spēluncam meam intrāre?” At ilia: “Vestigia mē terrent”, inquit, “omnia enim cēterārum bestiārum vestigia ad spēluncam tuam spectant, nulla retrorsum”. Quae verba cum dixisset, tergum vertit.

79. Tempos do subjuntivo

1. Semper observēmus auream illam rēgulam: Audiātur et altera pars. 2. Diligenter pastōrēs ovilla custodiant, nē lopus inter ovēs saeviat. 3. Nunquam cupiditātibus oboediāmus. 4. Capitōlium cum custōdēs in impetū Gallōrum dormirent, ab anseribus custōditum et servātum est. 5. Multī adolescentēs Romanī Graeciam petēbant, ut doctorēs philosophiae audirent. 6. Isocratēs cum infirmitāte vocīs impedire tum in publicō dicere, ōrātiōnēs scripsit. 7. Numa Pompilius, ut populum ferum religione molliret, sacra multa instituit. 8. Anaxagorās philosophus cum mortem filiī audivisset, vultum nōn mūtāvit, sed: “hūmāna sors”, inquit, “filiō contigit; nam mortālīs erat”.

80. Gerúndio e gerundivo

1. Ut ad cursum equus, ad arandum bōs, ad indāgandum canis, sic homō ad intellegendum et ad

agendum nātus est. 2. Morēs inter lūdendum simplicius sē dētegunt. 3. Mens humana discendō alī tur et cogitandō. 4. Audendō atque agendō rēs anglicana crēvit. 5. Lūdendī quendam modum retinere dēbēmus nē in aliquam turpitūdinem dēlābāmur. 6. Dialēctica est. ars vēra et falsa diiūdicandī. 7. Iustitia in suum cuique tribuendō cernitur. 8. Virtūs est colenda. 9. Ex vita discēdendum est nōn tanquam ex domō sed tanquam ex hospitio: commorandī enim nātūra nōbīs dēversōrium nōn habitandī locum dēdit. 10. Exercendum corpus est, ut consiliō ratiōnique oboediat. 11. Dēlenda est Carthāgō. 12. Cavendō tūtus eris.

81. Supino

1. Multī hominēs ōlim in Graeciam profectī sunt spectātum Olūmpia. 2. Themistoclēs cum civium suffrāgiīs ē civitāte ēiectus esset, Argōs habitātum concessit. 3. Philippus cum spectātum lūdōs

procēderet, iuxtā theātrum ā Pausaniā occīsus est. 4. Nihil suāvius est auditū quam fidōrum amīcorum consilia. 5. Virtūs difficilis inventū est: rectōrem ducemque dēsīdērat, sed vitia etiam sine magistrō discuntur; tamen suāvīs Christī disciplina viam bene beātēque vivendī reddit facilem atque iūcundam. 6. Cum bellum Helvētiōrum confectum esset, tōtius ferē Galliae lēgātī ad Caesarem grātulātum convēnērunt. 7. Tōtius ferē Galliae legatī ad Caesarem pacem petitum convēnērunt. 8. Aeduī ōlim lēgātōs ad Caesarem misērunt auxilium contra Helvētiōs rogātum.

82. Particípios

1. Terra nōs nascentēs excipit, nātōs alit, postrēmō mortuōs gremiō suō complectitur. 2. Turpe quid ausūrus tē ipsum sine teste timē. 3. Pompēius in aciē Pharsālicā ā Caesare victus, fugā quaerens saltitem, in insulam Cŷprum ciassem direxit, ut aliquid in eā virium contraheret. 4. Populus Rōmānus, cum in

theātrō Vergilī versūs audivisset, surrexit ūniversus, et forte praesentem spoetantemque poetam venerātus est sic quasi Augustum. 5. Ubī intrāvimus Catōnīs cubiculum, ipsum sedentem et librum intrā manūs tenentem dēprehendimus. 6. Nullum vitium turpius est quam avāritia, praecipuē in prinēipibus rem publicam gubernantibus. 7. Cicerō haec scribit: Senectūtem ut adipiscantur omnēs optant; eandem accusant adeptī. 8. Stultus est, quī ecum emptūrus nōn ipsum inspicit, sed stratum ē ius ac frēnōs. 9. Alexander ad Iovem Hammōnem perrexit, consultūrus et dē rēbus futūrīs et dē origine suā. 10. Iugurtha mīlitēs hortātus ut victōriārum suārum memorēs essent, Romanos aggressus est. 11. Fīdēnātēs aliquandō lēgātōs Romanos ad sē missōs interfēcērunt. 12. Puerī Lacedaemoniī verberum dolōre cruciatī nōn gemēbant. 13. Lysander Lacedaemonius magnanī suī reliquit fāmam, inagīs fēlicitāte quam virtūte partam. 14. Alexander moriens ānulum digitō dētractum Perdicene

trādīdit. 15. Luna opposita solī radios ēius obscūrat.

83.a. Dois caranguejos

Cancer filiō: Recta, inquit, via procēde! cūr obliqūis semper gradibus prōcēdis? At filius respondet: Mī pater, vestigia tua animadvertō.

83.b. O rouxinol e o pintassilgo

Luscinia et acantbīs ante fenestram in caveīs inclūsae pendēbant. Luscinia cantum incundum forte ēdiderat. Tum pater filiō ostendens avēs eum interrogāvit: Auctōrem-ne cantūs agnoscis, mī fili? Statim fīlius respondit: Interrogās \ Acanthīs sonōs suā vēs ēdidit; pennās enim splendidās habet.

84.a. Dionísio, o tirano

Dionýsius týrannus quanquam multos amicōs habēbat. Tamen crēdidit nēminī, sed barbarīs hominibus corporīs custodiam committēbat. Et, quia

insidiās hominum metuit. Filiās suās tondēre docuit. Nōlō enim, inquit, hominī ullī collum committere.

84.b. Da frigideira para o fogo

Mulier vidua diurnō quaestū vitam sustentābat et sub gallī cantum cotīdiē ancillās ad opus excitābat. At illae, diurno labore fatīgātae, tandem gallimī domesticum occīdere statueront. Iam verō tanquam ē fumō in flammam se induxerant nam domina dē bōra incerta, saepe iam mediā nocte eās excitābat

85. O cavalo mal-humorado

Agitābat mercātor equum et asinum onustos sarcinīs. Asinus itinere fatigatus equō: “Dēme”, inquit, “onerīs meī partem”. Sed equus precēs comitis neglexit. Paulō post asinus labore consumptus in via corruit et efflāvit animam. Mercātor igitur omnēs sarcinās atque insuper pellem asinī equō imposuit. Tum ille gemens fortūnam suam: “Quam stultē”,

inquit, “contempsī comitīs precēs; nam antea onus parvulum vebēbam, nunc autem gravissimum veho”.

PARTE 2

1. Campānia

Campania erat terra ītalīae. Incolae Campāniae agricolae erant. In Campania erant aquae; itaque incolae Rōmae in ōrā Campāniae villās habēbint. In villīs incolārum erant statuae et tabulae et columnae. In ōrā Campāniae colōniae Graecōrum erant. Itaque incolae Campāniae nōtitiā linguae Graecōrum habēbant.

2. O camelo

Patria camēlōrum est Asia. Incolae Arabiae camelos habent. Hodiē in Africā quoque camēlī sunt, sed ōlim ibī nōn erant camēlī. Patientia camēlōs ornāt, nam camēlī taurōs, equōs, asinōs patientiā superant. Industria quoque ornāt camēlōs. Industria et patientia camēlī dēlectant dominum, tamen dominus camēlō plāgās dat. “Dā cibum camelo”, inquam, “nōn plāgās, nam camēlus vel asinum patientiā et industria superat”. Sed dominus: “Et pertinācia”, inquit, “vel

asinum superati”. Itaque pertinācia camēlōrum est dominīs causa īrae.

3. O elefante

Elephantī sunt in numerō bēluārum. In silvīs Asiae et Africae sunt elephantī. Elephant! sunt in numērō deōrum incolīs Indiae. Indī elephantīs insidiās parant. Hodiē anglī quoque sunt elephantīs causa perīculī. Angl! autem bēluam sī amant, trucidant. Itaque Anglōs nōn amant elephant!

4. Netuno e Mercúrio

Neptūnus et Mercurius erant in numerō deōrum Rōmānōrum. Neptūnus dominus erat Oceanī et fluviōrum et in Oceanō habitābat. Nautae Neptunō equōs et taurōs immolābant. Mercurius erat deōrum nuntius. Mercurius deōs astutiā dēlectābat. Nōn solum astūtia sed etiam ēloquentia in deō Mercuriō erat. Itaque et fūrēs et ōrātōrēs in tūtēlā Mercuriī erant.

Neptunī ārae praecipuē apud fluviōs, Mercuriī ārae in viīs erant.

5. Diana e Minerva

Diana et Minerva clārae deae Graecōrum erant. Diana silvarum ferās sagittīs acūtīs necābat. Graecī antiquī iram Diānae hostiīs hūmānīs plācābant. Multae erant statuae Diānae, aureae, argenteae, marmoreae. Minerva hasta longā pugnābat. Minerva nōn solum dea pugnārum erat, sed etiam doctrīnae et litterārum, nam et egregia sapientia et magna peritia bellī erant in Minerva. In Capitoliō ōlim erat templum anticum Minervae.

6. A Bretanha

Britannia est patria mea. Magna Eurōpae insula est Britannia. In Britannia ōlim erant silvae magnae. In silvīs Britanniae multae ferae erant, nam ferae silvās magnās et densās amant. Britannī antiquī erant

bellicosī. Proelia Britannōrum saepe cruenta erant. Romānī Britanniae diū erant dominī superbī, sed hodiē Britannī patriae suae sunt dominī. Nōn solum Britanniae sed etiam Indiae et Canadae et Austrāliae dominī sumus. Nōs neque sumus neque unquam erimus servī dominōrum superbōrum.

7. Uma aula de geografia

Magister. Ubī erat Capua, Henrice?

Henricus. Capua erat oppidum Campāniae. Campī fēcundī erant circa Capuanī. Universa Campania admodum fecunda erat.

M. Erantne in Campāniā rosae et ūvae?

H. Ita verō, multās vīneās et in vīneīs magnam cōpiam ūvārum Campānia habēbat. Habēbat etiam magnam cōpiam rosārum.

M. Bonus ēs discipulus! Orane Campania amoena erat?

D. Amoena erat. Itaque multa oppida in ōrā

Campaniae erant. Prōmunturium Minervae ibī erat et prōmunturium Mīsēnum.

M. Cūmae quoque in ōrā Campaniae erant, ubī spēlunca Sibyllae erat. Spēlunca autem Sibyllae multās portās habēbat.

8. Os templos gregos

Templa Graecōrum multās et altās columnās habēbant. In templō erat simulacrum del aut deae et ante simulacrum āra. Templum magnam portam habēbat, sed nōn habēbat fenestrās. Simulacra deōrum saepe erant aut lignea aut marmorea; multa quoque aut aēnea aut aurea erant. Graecī hostiās nōn in templō, sed ante templum immolābant; nam ibī quoque ārae erant. Saepe laurī aut mȳrtī aut pōpulī aut pini – deīs enim sacrae erant – circa templa deōrum erant. Athēnae antiquae multa et pulchra tempia habēbant. Ibī erat darum templum Minervae cum simulacrō deae: erat quoque aēneum simulacrum

Minervae.

9. Os germanos

Germanī antiquī nōn in oppidis, sed in agrīs habitābant. Circa tecta Germānōrum erant agrī et prata, agrīs-que propinqua erat silva. Germania autem tum habēbat immensās silvās et in silvīs lupōs, aprōs, ursōs. Piī fuērunt Germānī, sed nōn habēbant templa aut simulacra deōrum. Etant etiam bellicosī et deīs captivos immolābant. Saepe cum Romanīs dē imperiō certābant; saepe fuērunt Rōmānīs periculōsae Germānōrum hastae longae. Vita Germānōrum antiquōrum erat dura et aspera, sed aequō animō molestiās vitae tolerābant.

10. O orgulho de Alexandre

Alexandrum rēgem amicī aliquandō interrogābant: “Nonne tū quoque Olūmpiae certābīs?” “Certābō”, inquit, “sī rēgēs ibī cum rēgibus certābunt”.

11. Os avisos de Cassandra

Frustrā, Trōiānī, prō uxōribus liberisque pugnātis. Nunquam ex periculīs patriam servābitis. Nusquam Trōiānīs est via salūtis. Eheu! voluntātī meae nōn obtemperābitis, nam superbia vestra vōcem meam rēpudiāt. Apollō tarnen auctōritāte suā vōcem meam confirmābit. Dōnec Helenam, mulierem improbam, intrā Trōiam servābitis, certum est arcī et oppidō exitium. Mox Graecī arcem expugnābunt, mox tōtam Trōiam incendiīs et minīs vastābunt. Nunc virī virōs in pugnā necant. Mox autem mulierēs puerīque frustrā lacrimābunt, frustrā victōrem ōrābunt, ut vita sua servētur.

12. Os sacrificios romanos

Populī antīquī deōs sacrificiīs plācābant. Apud Rōmānōs plērumque sacerdotēs sacrificia parābat; nam sacerdotēs iūrīs divinī erant peritī. Temporibus

antiquīs Romānī deīs hominēs immolābant, postea hostiās. Dīs superīs albae hostiae gratae erant, inferīs nigrae. Sacerdōs caput hostiae ornābat corōnā atque hostiam ornātam ante templum immolābat. Dī extīs hostiae voluntātem suam indicābant. Sī omina secunda erant, sacerdotēs exta in ārīs cremābant. Praetereā ture, vinō, lacte, melle deōs plācābant. Post sacrificia sacerdotēs ad honorem deī epulās. parābant.

13. Níobe

Lātōna dea erat et māter Apollinīs et Diānae. Nioba nōn erat dea sed rēgīs Thēbānōrum uxor. Deīs tarnen sē aequāvit. il Cūr Lātōnae, Apollinī, Diānae,” inquit, “hostiās immolātis? Tantalus est pater meus, Atlantem et Iovem avōs appellō. Nēmō potentiā mē superat. Num Diana pulchritūdine mē aequat? Spectate liberos: num septem filiōs meōs septemque filiās cum Lātōnae liberīs aequābitis”?

Thēbānī rēginae imperiō obtemperāvērunt.

Lātōna autem Niobae superbiam nōn tolerāvit, et liberīs “Vindicāte,” inquit, u rēginae scelus”. Nec frustra. Nam Apollō et Diāna ad Thēbānōrum arcem properāvērunt et primum Apollō septem Niobae filiōs sagittīs necāvit. Tum Nioba: “Filiis”, inquit, “mē privāvistī, Lātōna; sed septem filiae etiam nunc mihi supersunt”. Tum Diana septem filiās sagittis necāvit. Iam Nioba dēspērāvit, dōnec Iuppiter mulierem miseram in saxum mūtāvit.

14. Os pássaros escolhem um rei

Olim avēs rēgem creābant. Tum pāvō sibi regnum postulāvit, “Nam cēterās avēs,” inquit, “pulchritūdine supero.” Tum cornix: “Sī tē,” inquit, “rēgem creāverimus, num ab aquila tūtae erimus?”

15. Coberto com plumas emprestadas

Cornix aliquandō pāvōnīs pennīs sē ornāvit, et cēterās cornīcēs. parvi aestimābat. Itaque pāvōnum

generī sē aggregavit, quasī pāvō esset. Sed mox fraus manifesta fuit. Pāvōnēs igitur stultam avem aliēnīs pennīs privāvērunt et ē grege suō exturbāvērunt.

16. O deus dos ventos

Aeolus, dominus et rex ventōrum, in insula habitābat. Circa insulam erant marīs immensī undae profundae. In litore autem insulae moenia aēnea et rūpēs magnae asperaeque erant. Aeolus autem ibī cum uxōre et liberīs in magnīs aedibus habitābat. Apud Aeolum ōlim fuit hospēs magnae et fortitūdinis et calliditātis, nomine Ulixēs. Ulixēs autem multa narrābat rēgī Aeolō dē bellō Trōiānō, dē ducum Graecōrum fortitūdine, dē moenium Trōiānōrum altitūdine, dē discordia Achillīs et Agamemnonis, dē castrōrum nāviumque perīculō, dē equō ligneō ēgregiae altitūdinis, dē expugnātiōne urbīs Graecīs infestae. Datus autem est ab Aeolō hospitī Ulixī ūter, nōn vinī sed ventōrum plēnus. Apud Vergilium poētam – in

Aenēide – ventī in spēluncā, tanquam in carcere, sunt inclūsī.

17. A guerra de Troia

Mira et divina et dulcia sunt Homēri carmina. Multa narrat Homērus dē bellō Trōiānō, dē vetere urbe Trōiā, dē potenti et divite rēge Priamō nliisque rēgis, dē Graecōrum ducibus populisque. Graeci contra moenia urbīs in litore castra habēbant. Causa bellī fuit Helena, uxor rēgis Menelāi, mulier mira pulchritūdine insignis. Obsidiō Trōiae fuit diūturna propter moenium altitūdinem; nec minus propter virtūtem incolārum bellicōsōrum et fidēlium sociōrum multitudinem. Etiam deī fortī Trōiānōrum populō nōn dēfuērunt. Aliquamdiū propter vehementem iram Achillīs castra nāvēs• que Graecōrum in periculō erant, dōnec Achillēs post caedem amicī sui Patrocll pugnīs interfuit. Necātus autem erat Patroclus ab Hectore, filiō rēgis Priamī, virō mirā virtūte insignī. Hector

autem ab Achille necātus est. Quantus dolor turn fuit in sene Priamō! quam multa ab Homēro narrata sunt dē senis Priamī dolore et dē Achille primo crudēlī, postea erga senem miserum clementī. De expugnātiōne autem urbis, dē veterum moenium ruina, de terribilī incendiō tectōrum, dē saevitiā victōrum crudēlium, dē Trōiānōrum caede mulierumque servitūte nōn Homērus narrat, sed aliī poētae.

18. Um dito de Diógenes

Ā multīs Callisthenēs fēlix appellātus est, quia apud Alexandrum saepe cēnābat. Sed Diogenēs: Callisthenēs,” inquit, “tum cēnat cum Alexandrō placet, Diogenēs, cum Diogenī [placet].”

19. Um dito de Sólon

Solon aliquandō inter cēnam silēbat. Itaque ā Periandrō sic interroga tus est: “Cūr solus tacēs? Tacēs-ne quia verba tibi dēsunt, an stultitiam tuam

silentiō occultare studēs?” Turn Solōn: “Qui stultī sunt, nōn tacent.”

20. O cavalo de madeira

Graecī, postquam dolum adhibuērunt, urbem Trōiam dēlēvērunt. Nam ecum ligneum mirae magnitudinis aedificāvērunt, in quo Ulixēs et comitēs latēbant. Tum reliquī Graecī ad Tenedum insulam cum omnī exercitū nāvigāverunt. Iam Trōiānī liberos sē putābant cūrīs et perīculīs; falsā rērum speciē ad spem vānam excitābantur et spē rērum prosperārum dēlectābantur. Neque equus ligneus causa metūs erat, sed nonnullī cupiēbant eum in arce collocāre.

Tum Lāocoōn, Neptūnī sacerdos, “Non dēbēmus”, inquit, “voluntātī stultōrum obtemperare. Arcuimus hostēs ā moenibus; sed frustrā Graecōs arcuerimus, sī ecum ligneum in arce collocābimus. Incendiō potius eum dēlēre dēbēmus. Pārēte mihi! Dolus subest; hostēs in equō latent. Sī prūdentēs estis,

nōn frustra vōs monuerō.” Sed Trōiānī Lāocoontī nōn pāruērunt, sed ecum in arce collocāvērunt. Nocte autem Graecī, quī in equō latuerant, Trōiānīs appāruērunt, portārum custōdēs trucidāvērunt, urbem incendiō dēlēvērunt. Nōn solum Trōiānis, sed etiam multīs aliīs hominibus, nocuit nimia sēcūritās, et nonnullīs civitātibus causa perniciēī fuit.

21. O rei Ágis

Ágis, rex Lacedaemoniōrum, sic aliquandō interrogātus est: “Quae disciplina praeter cēterās Spartaē exercētur?” “Perītia,” inquit, “imperandī et pārendī.” Idem ab amīcīs apud Mantinēam pugnare prohibēbātur, quia hostēs numerō superābant. “Dēbeō,” inquit, “contra multos pugnare, quia multīs imperō,”

22. O sino no gato

Ā mūrībus aliquandō contiō habita est. Mūs

mūrem sic interrogābat: “Quōmodō felis insidiās vitābimus?” Placuits tandem omnibus, ut fēlī alligārent tintinnābulum. “Nam sonitū tintinnābull,” inquit, “de fēlis adventū admonēbimur.” Sed nēmō parātus erat alligare fēlī tintinnābulum, ornēs enim perīculi magnitūdine ferritī erant.

23. Heróis da guerra de Troia

Ducēs et Graecōrum et Trōiānōrum maximae fuērunt fortitūdinis, et fortissimē ācerrimēque circa moenia Trōiae pugnāvērunt. Omnium Graecōrum dux fuit Agamemnon, rex potentissimus, sed superbus et iracundās et vehementiōris ingeniī quam frāter minor Menelaus. Fuit quoque magnae dignitatis senex Nestor. Orātiō Nestorīs melle dulcior erat. Et Nestor et Ulixēs erant prūdentēs, Ulixēs tamen callidior, Nestor sapientior. Achillēs autem reliquīs omnibus erat fortior, pulchrior, validior, celerior; in maiore honore erat, atque praeclāriōre erat magnitūdine animī.

Achillīs vita brevissima fuit, sed glōriōsa. Necātus est flore aetātis ā Paride, filiō rēgīs Priami.

Homērus plūra narrat dē Achille quam dē reliquīs ducibus Graecōrum. Dē Aiāce quoque nōn pauca narrat, filiō Telamōnis, virō Achillī hand dissimilī. Misera fuit mors Aiācis, nam sibī mortem conscivit; miserior autem mors Agamemnonis, nam ab uxōre crūdēlissimē necātus est Trōiānīs fuit Hector tanquam scutum et gladius. Erat vir nōn minore fortitūdine quam Achillēs, sed mitiōris ingeniī. Hectorīs mōribus mōrēs Paridīs frātrīs erant dissimillimi. Ex sociīs Trōiānōrum Glaucus et Sarpēdōn fuerunt fortissimī et nobilissimī et potentissimi.

24. A raposa e o corvo

Corvus in altā arbore sedet et rostrō cāseum tenet. Tum vulpēs cāseī cupida: “Salvē,” inquit, “mī corve; salvē, ō pulcherrima avium! Optimō iūre laudant hominēs gracillimum tuum corpus et mirum oculōrum

colorem et pedēs teneros et collum pulchrum et rostrum acūtum. Nusquam avem pulchriōrem vidi. Nōn tarnen omnia nātūrae bona liabēs; nam vōcem nōn habēs.” Sic vulpēs. Tum vērō corvus magnā voce cantat; iamque cāseus ad rādīcēs arborīs in grāmine viridī iacet, vulpēsque praedam grātissimam laeta tenet. Corvō autem nihil est relicum praeter memoriam acerbam laudīs ēius tarn dulcis.

25. A coragem espartana

Unus ex militibus Leōnidae rēgī aliquandō hōc nuntiāvit: “Hostēs prope nōs sunt.” Tum ille: “lining” inquit, “nōs prope illōs sumus.”

26. O gafanhoto e as formigas

Formīcae frūmentum hieme siccābant. Ecce cicada fame cruciata ils appropinquāvit et “Cibum,” inquit, “mēcum communicate.” Huie illae: “Ubī prōxima aestāte fuistī? Cūr tū nōn cibum

comparāvistī?” Ad haec cicada: “Nōn vacābam,” inquit, “nam in prātīs cantābam.” Tum illae: “Sī aestāte canta vistī, hieme salta.”

27. O rouxinol e o cuco

Cucūlus. Mī sturne, tū in urbe fuistī. Quōmodō hominēs dē cantū luscinae iūdicant?

Stumus. Omnēs luscinae cantum maximē laudant, nam suāvissimus est cantus hūius avis.

C. Quōmodō dē alauda iūdicant? quōmodō dē merulā?

S. Multī hārum avium cantum laudant; et iūre, nam nullae avēs suāvius hīs avibus cantant.

C. Quōmodō dē hirundine? Hūius-ne cantum laudant hominēs?

S. Nonnullī etiam hirundinum cantū dēlectantur.

G. Quid vērō dē mē ipsō iūdicant?

S. Hoc nescio; nusquam enim tuī cantūs fit mentiō.

G. Sī ita est, postime semper dē mē ipse loquar.

28. A raposa maluca e a galinha suspeita

Ad gallīnam aegrōtam vulpēs accessit et: “Ut vales?” inquit. Tum illī gallina: “Satis,” inquit, “valeō; sed sī tū diseesseris. multō melior erit valētūdō mea,”

29. Júpiter e Europa

Europa erat filia Agēnoris, rēgīs Phoenīcum. Haec dum more puellārum flōrēs in prātō legit, Iuppiter in forniam taurī conversus per mare eam in Cretain insulam abduxit.

30. Hércules e as serpentes

Herculēs et Tphiclēs infantēs in cūnīs iacēbant. Ecce adrepsērunt duae serpentēs, quās Iūnō miserat. Tum vērō diversum ingenium infantium appāruit. Iphiclēs enim monstrōrum adventū perterritus est et vāgītū suō parentēs ē somnō excitāvit. Herculēs autem

serpentēs fortissimē comprehendit atque exstinxit.

31. Um irmão de verdade

Aeternam sibī fāmam parāvit Proculus patrio in frātrēs animō. Equēs Rōmānus fuit et ikugustī amicus. Post patrīs mortem patrimonium cum frātribus diviserat. At illī bellō civilī bona omnia āmisērunt. Tum Proculus bona sua cum iīs dē integrō acqūis partibus divisit.

32. Sorte para os ladrões

Ad Lacedaeinoniōs nonnullōs viātōrēs aliquī aliquandō accessērunt et liaec dixērunt: “Fāvit vōbīs fortuna, modō enim latrōnēs bine discessērunt.” Tum illī respondērunt: “Non nōbis, per deōs immortalēs, fortuna fuit secunda, quod nōn incidī mus in latrōnēs, sed latrōnibus, quod nōn incidērunt in nōs.”

33. Os gregos antes de Troia

Agamemnon bellō Trōiānō summum imperium habēbat. Duodecim ducēs praeerant singulīs exercitūs partibus. Graecorum classīs mille centum octōgintā sex nāvium erat; in hīs erant quinquāgintā navēs Achillis. Exercitus autem centum fere milium militum erat. Decern annōs Graecī cum Trōiānīs bellum gessērnt et urbem Trōiam obsēdērunt. Achillēs inter obsidiōnem urbīs vīgintī tria oppida expugnāvit. Priamō, regī Trōiānōrum, quinquāgintā fillī erant; fortissimus eōrum erat Hector. Post decem annōrum obsidiōnem Trōia ā Graecīs dēlēta est.

34. Três guerras púnicas

Rōmānī tria bella cum Poenīs gessērunt. Primum bellum Pūnicum fuit ab annō ducentēsimō sexāgēsimo quartō usque ad annum ducentēsimum quādrāgēsimum ūnum; alterum ab annō ducentēsimō duodēvicēsimo usque ad annum ducentēsimum ūnum; tertium ab annō

centēsīmō undēquingēsimō usque ad annum centēsimum quādrāgēsimum sextum. Clārissimum trium illōrum bellōrum erat secundum. Quartō autem annō tertiī bellī Rōmānī Carthāginem expugnāvērunt et incendērunt. Incendium erat septemdecim diērum et noctium. Hōc modō dēlēta est Carthāgō.

35. O homem mais rico do mundo

Epictētus philosophus aliquandō sic interrogātus est: “Quīs omnium mortālium divitissimus est?” “Is”, inquit, “cū id satīs est, quod habet.”

36. O herdeiro legítimo

Ubī mors Pŷrrhō appropinquāvit, filiī eum sic interrogāvērunt: “Cū ex nobīs regnum tuum trades?” Tum ille: “Regnum tradam”, inquit, “eī, cūius gladius ācerrimus est”.

37. A esperança brota eternamente do peito humano.

Thalēs interrogātus est, quid omnibus hominibus commūne esset: “Spēs”, inquit; “hanc enim vel illī habent, quī nihil amplius habent”.

38. O melhor país para se viver

Lŷsander interrogātus est quae rēpublica esset optima: “Ea”, inquit, “quae fortibus et ignāvīs id reddit quod meruērunt”.

39. A expedição de Dário

Dārēus contra Graecōs classem sexcentārum nāvium longārum totidemque onerāriārum comparāvit, quā classe centum milia peditum et decem milia equitum in Graeciam missa sunt. Praefuērunt autem huic tam ingentī exercituī Datīs et Artaphernēs. Hī ducēs, postquam Eretriam, quae urbs in Euboeā insula sita erat, dīruērunt, copiās suās in campum

Marathōnium dēduxērunt, quī campus ab urbe Athēnīs decem ferē milia passuum aberat. Athēniensēs autem decem ducēs exercitūs creāvērunt, in quibus erat Miltiadēs. In illō autem tantō discrimine rērum nulla civitās Athēniensibus auxiliō fuit praeter civitātem Piataeensium, quae civitās mille militēs misit. Itaque hōrum adventū decem mīlia armātōrum completa sunt, quae manūs summa fortitūdine cum hoste dimicāvit et clārissimam victōriam ab eō reportāvit. Hōc erat nōbilissimum illud proelium Marathōnium, annō ante Christum nātum quādringentēsimō nonagēsimō factum. Fuit igitur haec clādēs Persārum duōbus annīs post calamitātem Mardonii”.

40. A expedição de Xerxes

Annus autem ante Christum nātum quādringentēsimus octōgēsimus clāde rēgīs Xerxīs insignīs est, quī rex tantīs cōpiīs praefuisse dīcitur, quantīs null'us unquam alius rex praefuerat. Classīs

enim eius fuit mille et ducentarum navium longarum, et terrestres exercitus fuere septingentorum milium peditum, quadringentorum milium equitum. Navium onerariarum erant duo aut tria milia. Classis communis Graecorum ducentarum sexaginta duarum navium, in quibus centum quadraginta septem Atheniensium erant, primum ad Artemisium cum classe hostium dimicavit. Ipse rex non interfuit illi proelio, nam praefuit copiis terrestribus. Inde autem paulo post discesserunt classemque ad Salaminem insulam contra Athenas constituerunt. Hinc autem discedere coacti erant, quod Leonidas, rex Lacedaemoniorum, qui cum quatuordecim milibus Graecorum Thermopylas occupaverat, postquam summam cum virtute angustiis frustram defendit, una cum trecentis Lacedaemoniis, septingentis Thespiensibus, quadringentis Thebanis hostium ingenti multitudine superatus et occisus erat. Reliquas copias, quia de Victoria desperavit, domum dimiserat. Tum rex Xerxes ipsam urbem Athenas

incendiō dēlēvit. Sed superbī iūre poenīs affliguntur. Nam mox postea ad Salaminem pugna navalī cōpiae eius victae et fractae sunt; rex ipse domum discēdere coactus est.

41. Sólon e Creso

Solon Athēniensis civibus suīs lēgēs scripserat. Postea Sardēs ad Croesum iter fēcit, ā quō Hospitaliter exceptus est. Tum tertiō vel quartō diē Croesus Solōnī omnēs thēsaurōs, quōs habēbat, ostendit. Tum Croesus eum interrogāvit: “Hospēs Athēniensis, vir sapiens ēs et multās terrās vīdistī. Quem igitur omnium hominum fēlicissimum iūdicās?” At Solon sine ullā assentātiōne respondit, ut rēs erat: “Fēlicissimum vidī Tellum Athēniensem.” Hōc responsum mirans, Croesus rursus interrogat: “Quam ob causam Tellum fēlicissimum iūdicās?” At ille: “Tellus”, inquit, “filiōs habuit bonōs honestōsque, et illīs omnibus liberos vīdit natos. Idem fēlicissimē vitam finivit. Nam postquam in proeliō,

quod Athēniensēs cum finitimīs suīs commisērunt, fortissimē pugnavit hostēsque in fugam vertit, honestīssima morte vitam finivit et eōdem locō, quō cecidit, ab Athēniensibus multō cum honore sepultus est”.

Tellō igitur primum fēlicitātis locum Solōn tribuit. Tum vērō Croesus irātus: “Hospēs Athēniensis”, inquit, “cūr meam fēlicitātem tam parvī aestimās? Cūr mihi vel privatēs hominēs antepōnis?” Respondit Solōn: “Ō rex, vita hūmāna vicissitūdini obnoxia est. Nunc divēs quidem es et rex multōrum populōrum; sed fēlicem tē praedicāre nequeō, priusquam vītam finiveris. Nam multī iūcundē quidem vīvunt, sed nōn fēliciter vītam nniunt, et is tantum fēlix praedicārī potest, cui utrumque contigit. Itaque, ō rex, omnibus in rebus finēm respicere dēbēmus”.

42. Creso e Ciro em guerra – parte 1

Eōdem tempore, quō Croesus in Lȳdia regnābat, Cȳrus regnum Persārum condidit. Persārum autem potentia magīs magisque crescebat. Itaque Croesus eam minuere constituit et bellum contra Persās parare. Praetereā eum ad hoc mōverat ōrāculum Delphicum. Nam responderāt: “Sī Halȳm fluvium exercitum transduxeris, magnum regnum dēlēbis.” Halȳs autem Croesī regnum ā Pērsicō [regnō] dividēbat. Itaque hōc responsō gavīsus est et orāculō dona dēdit. Dum bellum lacere incipit, Lȳdus quidam, vir sapiens, hīs verbīs Croesum monuit: “Ō rex, bellum suscipere cupīs contra homines, quī vestem ex coriō factam gerunt, quī edunt, nōn quantum cupiunt, sed quantum habent; nam asperrimam terram colunt. Praetereā nōn vinum, sed aquam bibunt; terra eōrum nōn ficōs neque ullum aliud bonum parit. Sī hōs viceris, quid iīs ēripiēs? nam nihil habent. Sin autem victus eris, quot quantaque bona āmittēs? Bona enim nostra, postquam

gustāverint, ē manibus nōn dimittent, neque ē terra nostra discēdent. Nōli igitur hōc bellum suscipere. Nōne tibī sufficiunt ea quae habēs regna?”

43. Creso e Ciro em guerra – parte 2

Sed Croesō nōn persuasiti. Nam hic exercitum Halȳm transduxit et Cappadociam, extremam Persicī regnī partem, aggressus est. Ibī castra posait, agrōs vastāvit, multa oppida cēpit, incolās in servitūtem redēgit. Postquam Cȳrus hōc audivit, parāvit exercitum, in Cappadociam vēnit, castra posuit contrā Croesum. Tum ācre proelium commissum est. Multī utrimque occisī sunt, sed neutra pars vicit. Postridie Cȳrus Croesum nōn aggressus est; itaque Sardēs Croesus profectus est. Tum ad Aegȳptiōrum rēgem, quōcum foedus fēcerat, et ad reliquōs socios mīsit, et iussit eōs proximō vēre Sardēs venire. Nam statim post hiemem contra Persās rursus. Bellum mōlirī constituerat. Militēs autem mercennāriōs, quōs contra

Cyrum secum duxerat, quique cum Persis pugnauerant, dimisit; nam hoc secum cogita vit: “Cyros exercitum suum contra Sardes non ducet, quia non vincit.”

44. Creso e Ciro em guerra – parte 3

Ubi Cyros hoc audivit, constituit statim Sardes proficisci, priusquam Croesus rursus exercitum colligeret, atque ut constituerat, ita fecit. Nam dum exercitum in Lydiam ducit, ipse sui adventus nuntius venit. Haec res Croeso magnam curam attulit; nam non acciderat ut expectaverat. Tamen Lydos ex urbe in proelium eduxit. Erat autem eo tempore nullus Asiae populus fortior quam Lydi. Pugnabant ex equis hastasque longas gerabant et optimi equites erant.

Erat ante urbem magnus campus, per quem et alii fluvii et Hermus fluebant. Ibi proelium commissum est. Cyros autem equites Croesi timuit et hoc fecit. Camelis, qui in eius exercitu erant, impedimenta detraxit et viros imposuit armatos ut equites. Hos

iussit ante reliquōs militēs contra Croesī peditēs procēdere. Peditēs vērō iussit sequī camēlōs, et post peditēs posuit omnēs suēs ēquitēs. Camēlōs autem Croesī equitibus opposuit; nam sēcum hōc cōgitāvit: “Equī inusitātō camēlōrum aspectū terrēbuntur et hōc modō Croesō inūtilēs erunt ēquitēs”.

45. Derrota e captura de Creso

Ēvēnit quod Cȳrus spērāverat. Initiō enim proeliī equī statim sē retro vertērunt, postquam camēlōs aspexērunt. Sed Lȳdī spem victōriæ nōn abiēcērunt; nam ah equīs dēsiluērunt et pedibus cum Persīs pugnāvērunt. Multī utrimque occīsī sunt. Dēnique Lȳdī in fugam versī sunt, quia numerus eōrum multō minor erat quam hostium, et in urbem pulsī sunt et ā Persīs obsidēbantur.

Croesus igitur aliōs nuntiōs ex urbe ad socios misit. Nam illī, quī antea missī erant, iusserant socios proximō vere Sardēs venire: hī autem iussērunt eōs

quam celerrime Croesum adiuvāre. Sed priusquam socii advenirent, urbs Lȳdōrum expugnāta et Croesus ab hostibus captus est.

Expugnātae autem sunt Sardēs hoc modō. Postquam Persae urbem quattuordecim diēs obsedērunt neque eam expugnare potuērunt, Cȳrus ēquitēs per castra mīsit. In haec ēdixērunt mīlitibus: “Praemia dabuntur eī, quī primus mūrum ascenderit”. Hōc ā multīs frustra tentātum est; tum dēmum milēs quidam mūrum ascendere cōnātus est eō locō arcis, quō nullī custōdēs positī erant; ibī enim arx erat maximē ardua. Hoc locō milēs ille viderat aliquem Lȳdōrum descendere ut galeam, quae dēcidaī, reciperet. Hoc ubī vidit, et ipse ascendit et aliī eum secūtī sunt. Deinde multī hoc modō ascendērunt. Itaque urbs capta utque direpta est.

46. Creso prisioneiro

Croesō autem ipsī hoc accidit. Erat eī filius mutus. Is, postquam urbs capta est, vidit quemdam ē Persis, cui Croesus ignōtus erat, in patrem impetum tacere, ut eum necāret. Croesus hostem nōn fugiēbat; nam propter praesentem calamitatem mortem prō nihilō putāvit. Tum puer ille mūtus, timore et dolore mōtus, prīroum vōcem ēdidit: “Tū homo”, inquit, “noli Croesum occidere”. Sic Croesus vīvus captus est, postquam quattuordecim annōs regnāvit et quattuordecim diēs obsessus est.

Posteā Croesus ad Cŷrum ductus est, quī eum vincīrī iussit etūnā cum quattuordecim Lŷdōrum filiīs rogo imponi. Croesō verō, dum in rogō stābat, illud Solōnīs dictum in mentem venisse dīcitur: u Omnibus in rēbus finem respice”. Hōc igitur cōgitans, post longum silentium ex imo pectore vōcem ēdidit et gemens ter nōmināvit Solōnem. Hoc ubī audīvit, Cŷrus eum sic interrogāvit: “Quīs ille est quem vocās?”

Croesus initiō nihil respondit, sed dēnique: “Īs est”, inquit, “quōcum loquī omnibus rēgibus melius est, quam magnās dīvitiās habēre”. Ubī rursus interrogātus est, rem narra vit ut erat. “Solon Athēniensis,” inquit, “ōlim vēnit ut mē vidēret. Huic omnēs meōs thēsaurōs ostendī, sed eōs prō nihilō putāvit neque mē fēlicem praedicāvit sed banc vōcem ēdidit: “Omnibus in rēbus finem respice.” Atque hōc ille nōn dē mē sōlō dixit sed dē omnibus hominibus et maximē dē iis, quī sibi fēlicēs esse videntur.”

47. Ciro poupa a vida de Creso

Haec dum Croesus dicit, rogos iam ardēbat. Cŷrus vērō, cum eī interpretēs haec narrāvissent, Croesō parcere constituit. Nam haec sēcum cōgitāvit: “Num egō, quī ipse homō sum, alium hominem, quī nōn minus felix fuit quam egō, vivum ignī trādam? Haud dubiē deōrum poenam timēre dēbēinus; nam vita hūmāna vicissitūdīnī obnoxia est”. Itaque iussit ignem

celeriter exstingui Croesumque et eōs, quī ūnā cum eō impositī erant rogō, dēdūcī.

Tum Croesō, quī ad eum ductus erat: “Quīs tibi hominum”, inquit, “persuāsit, ut regnum meum aggredērīs?” At ille respondit: “Ea quae fecī, tibi fēliciter, mihi infēliciter, ēvāsērunt. Causa autem fuit Graecōrum deus, quī mē impulit, ut tē aggrederer. Nēmō enim tarn stultus est, ut bellum pacī antepōnat, cum in bellō patrēs filiōs [sepeliant], in pace fillī patrēs sepeliant”.

Cum Croesus haec dixisset, Cŷrus iussit eum vinculis liberārī et apud sē sedēre. Rex ipse et omnēs, quī cum eō erant, magnum eī honorem tribuēbant. At ille, sēcum cōgitans, silēbat.

48. Cresus dá conselho a Ciro

Deinde vērō cum vidēret Persās urbem Lŷdōrum dīripere: “Licet-ne,” inquit, “ō rex, id dicere, quod mihi in mentem vēnit?” Cum Cŷrus iussisset eum sine ullā

dubitātiōne loqui; “Quid facit,” inquit, “tantō studiō haec tanta hominum turba?” “Urbem tuam,” inquit Cŷrus, “diripit et opēs tuās āvehit.” At Croesus respondit: “Neque mearn urbem diripit, neque meās opēs āvehit: nihil enim omnium hārum rērum iam meum est: sed tua diripiunt āvehuntque. Cum autem dī mē tibī servum trādissent, aecum est dicere, quod tibī ūtile est. Persae superbī, sed inopēs sunt. Sī igitur passus erīs hōs sibī retinēre omnēs opēs, quās āvexērunt, illud tibī accidet: quō plūrēs opēs habēbunt, eō plūrēs cupient, atque ut babeant, tibī insidiās parābunt. Nunc igitur hoc fac, quod egō dicō, sī tibī placet. Pone apud omnēs portās custodes, ut militēs ēgredientēs opibus privent; et iubē eōs haec dicere: “Decima pars dīs tribuī dēbet.” Sic nōn resistant et odium eōrum effugiēs”.

49. Creso chama o oráculo de mentiroso

Haec cum Cŷrus audivisset valdē gavīsus est.

Prudentissimē enim eī dicta esse vidēbantur. Itaque custōdēs iussit lacere ea, quae Croesus suāserat. Tum hīs verbīs eum allocūtus est: “Die, Croese, quid tibi grātum lacere possim.” Tum ille: “Ō rex”, inquit, “ī petō ā tē, ut patiārīs mē ad deum Graecōrum, cui maximum honōrem tribuī, haec vincula mittere et eum sic interrogare: ‘Tibine est mōs eōs fallere, ā quibus coleris?’”

Tum Cȳrus: “Cūr deum Graecōrum accusās?” Croesus igitur narrāvit dē responsō ōrāculī et rursus id petivit, quod antea petiverat. Tum Cȳrus rīdens: “Et hōc”, inquit, “tē facere patior et alia, quae ā mē petēs.” Tum Croesus aliquōs Lȳdōrum Delphos misit, ut vincula in limine pōnerent et sic deum interrogārent: “Cūr responsō tuō Croesum impulisti, ut bellum cum Persīs gereret? Cūr ad spem vānam victōriae eum excitāvistī? nōn regnum Cȳrī dēlēvit, sed prō regnō haec vincula accēpit. Tibine est mōs eōs fallere, ā quibus coleris?”

50. A explicação do oráculo

Cum Lȳdī Delphos venissent et fēcissent ea, quae Croesus iusserat, Pȳthia sic respondit: “Non iure Croesus deum accusaī. Hae enim Apollō praedixerat: Magnum regnum dēlēbis, sī Halȳm exercitum transduxeris. Croesus autem rursus sic interrogare dēbēbat: Utrum Lȳdōrum an Cȳrī regnum dēlēbitur? Cum igitur responsum nōn intellexerit neque rursus interrogāverit, sibī ipsī culpam tribuat.” Hoc responsum cum Croesus audivisset: “Apollinem”, inquit, “nōn iūre accusavī. Suum cuique tribuendum est. Culpa mihī, nōn deō, tribuenda est”.

